PARS SECVNDA
DILVCIDATIONVM IN QVAMPLVRIMA ARIST. OBSCVRISSIMA LOCA.

Excell. art. & Theologiæ Doctoris D. M. Ant.
Mazzaroni à Monte Rubiano, olim in almo Peruſino Gymnaſio ordinariè,
atq; primariè profitentis.

Ad Conſtantium Sarnanum S. R. E. Cardinalem Ampliſsimum.



SVPERIORVM PERMISSV.

Peruſiæ Apud Petrũpaulũ Orlandiũ. 1593.

CONSTANTIO SARNANO S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO.

F. Horatius Ciuallus Maceratenſis. S. P. D.

MARCVS Antonius Mazzaronus à Monte Rubiano noſter Picens, dum in humanis ageret, & in hoc celeberrimo Peruſino Gymnaſio publicè profiteretur, ſemper, cùm in logica, tùm in philoſophia Doctor ægregius ab omnibus eſt iudicatus, qui cum ſe non mediocriter tibi obſtrictum, deuinctumq;

cognoſceret, nihil æquè cupiebat, quàm vt hic labor, cui Secunda Pars Dilucidationum eſt nomen, in lucem ederetur, In quo ſanè ipſe non exiguam manum diurnam, & nocturnam conſumpſerat, eùmque tuo nomini, ſicut & Primum fecerat, nuncuparet. Verùm dum totus in hoc eſſet, Mors eum rapuit, rapuit tibi ſeruum, tuiq; ſtudioſiſsimum, rapuit mihi amicum, ac perneceſſariũ. Ego autem, qui eius conſilium omni ex parte exploratum habebam, & quem viuentem veriſsimis affectibus amaueram, nulli labori parcẽs, omni ſtudio, cogitatione, & pietate, hoc ipſum opus edendum libentiſsimè ſuſcepi; omnino perſuaſum habens, ex omnibus honoribus, qui familiaribus noſtris vita functis haberi poſſunt, nullum adeò eſſe inſignem, aut

equè diù permanſurum, quàm res eorum præclarè geſtas, aut ſapienter excogitatas, literarum monumentis commendare. Conſultò igitur Marcus Antonius, vt huic operi gloriæ cumulum adderet, & ſe beneficiorũ memorem oſtenderet, te Patronum, & Dominum ſibi conſtituerat; Et quis non conſtitueret? Tu enim Artium, ſacrarùmq; literarum peritiſſimus exiſtis; Tu humanus, tu benignus, tu clemens, & quod in omnibus rebus magnum, & ſummum eſſe videtur (abſit adulatio dictis) omnem prorſus libidinem, & Auaritiam abhorres. Quas ob res digniſsimus es, vt omnes meritò boni, & docti, non ſolùm ament, ſed & colant, ſuſpiciant, & venerentur. Accipe igitur, Ampliſsime Cardinalis, librum hunc, ea, qua planè ſoles alios libros,

alacri-

alacritate; Et me Horatium ſeruulum tuum alienos fructus porrigentem, ſuos etiam aliquando (prima fauente cauſa) porrecturum, in tuorum numero, non dicam adſcribere, ſed adſcriptum, diù conſeruare, ne graueris. Vale. Peruſiæ Idibus Februarij. M. D. XCIII.

DOMI-

DOMINI
IACOBI GRISALDI PERVSINI
EXASTICON.
LIBER AD LECTOREM.

Quis me? quis capiet? ſum diues ipſe pupillus,
Qui me ſumit, opes ſumat & ille meas:
Mazzaronus enim rapide, quem parca peremit
Ipſe mihi uitam, diuitiaſq; dedit.
Quare ſi multa, & grandi diteſcere lector
Dote cupis, capias me, ac opulentus eris.

AVCTORVM NOMINA QVI HOC OPVSCVLO CITANTVR

Alex. Aphrodiſ.
Algazel.
Albertus Magnus
Albertus de ſaxonia.
Ammonius.
Anaximander.
Ariſtoteles
Auicenna.
Auerroes.
Auctor formalitatũ.
Auguſtinus Steuch.

B

Benedictus Pererius.
D. Bonauentura.
Boetius.
Burleus.

C

Caietanus Card.
Capreolus.
Cicero.
Conſtan. Sar. Card.

D

D. Dioniſius.
Dominicus Sotus.
Durandus.

E

Egidius Romanus.
Euclides.

F

Ferrarienſis.
Franciſcus de Maijrone.
Franciſcus Toletus.

G

Gabriel Biel.
Gregorius de Arimino.

H

Herueus.
Homerus Poeta.

I

Iamblicus.

Ioannes

Ioannes Scotus.
Ioannes Gramaticus.
Ioannes Picus Miran.
Ioannes Nouiomagus.

M

Maximus Tyrius.
Marſilius Ficinus.

O

Ocham.
Ouidius Poeta.

P

Paulus ſcriptor.
Petrus Tataretus.
Petrus Hiſpanus.
Plato.
Plinius.
Pytagoras.
Philo Iudeus.
Porphirius.

S

Simplicius.
Silueſter de Prierio.
Sypontinus.
Sonci.
Strabo.
Sueſſanus.

T

D. Thomas Aquinas.
Themiſtius.
Thales.
Triſmegiſtus.

V

Verſorius.
Vincentius Madius.

Z

Zeno.
Zenocrates.
Zimara.

CAPITVM

CAPITVM ELENCH.

Cap. I. num. 17.

Vtrum vnum vel plura pars, ac totum. 1. phys. T. 17.

Cap. II. num. 45.

Dialectica non eſt alicuius generis vnius. 1. poſt. t. 27.

Cap.

Cap. III. num. 58.

Manifeſtum, igitur, quoniam impoſibile eſt carnem, aut æs, aut aliquod aliud quantumcũque, eſſe magnitudine, aut in maius, aut in minus. 1. phys. t. 36.

Cap. IIII. num. 76.

Si quis Dialecticam, vt ſcientiam ornare tentauerit, eius naturam corrumpet. 1. reth. c. 4.

Cap. V. num. 96.

Subiecta autem natura ſcibilis eſt ſecundum analogiam. 1. phys. t. 69.

Cap. V I. num. 104.

Ab arte verò fiunt quorumcunq; ſpecies eſt in anima; ſpeciem autem dico, quod quid erat eſse. 7. met. t. 23.

Cap. V I I. num. 122.

Materia eſt prope ſubſtantiam. 1. phys. t. 79.

Cap. V I I I. num. 126.

Recipit autem agere, ac pati, &c. c. 5. predic.

ERRA-

ERRATORVM.
CORRECTIO.

Delenda.	Reponenda.
Pag. 23. his.	bis.
44.de Mayranis.	de Mayronis.
47.inſtromentū.	inſtrumentum.
54.cgnitio.	cognitio.
81.vniuerſam.	vniuerſum.
96 ax.	ex.
67	97.
48. rhethutica.	rhetorica.
48.vniuersūqui.	vniuerſumq́;
74.piliis	pilis.

DILVCIDATIONVM
M. ANTONII MAZZARONI
INQVAMPLVRIMA ARIST. OBSCVRISSIMA LOCA, PARS. SECVNDA.

Vtrum unum, uel plura pars, ac totum. Cap. 1. 1. *phyſ.* T. 17.

IN dubium reuocatur, propterea, an totum eſſentiale, ſiue naturale; ideſt ex materia, & forma compoſitum; ab omnibus ſuis partibus vnitis, ac ſimul ſumptis, realiter diſtinguatur?

Primò ſupponitur, quòd totum eſt multiplex videlicet integrale, quod conſtat ex partibus quantitatem habentibus, vnde totum quantitatiuum etiam dici poteſt. Et duplex reperitur, ſcilicet homogeneum, & heterogeneum. Primum eſt eiuſdem naturę in omnibus ſuis partibus, quarum quęlibet recipit predicationem ſui totius; vt terra, & aer.

Secundum eſt diuerſæ naturæ in omnibus ſuis partibus, & non poteſt predicari de qualibet ſua parte in recto; vt homo,

vel equus; quorum partes ſunt os, caro, & ſanguis. Dicitur homogeneum ab homi-os, quod eſt ſimile, & genos, quod eſt genus; quaſi naturę ſimilis omnibus in ſuis partibus. Vocatur heterogeneum ab hete ron, quod eſt varium, & genos, quod eſt genus; quaſi aliquod varię naturę in omni bus ſuis partibus. Totum poteſtatiuum, ſeu potentiale dicitur illud, quod ſecundum totam ſuam eſſentiam adeſt cuilibet ſuę parti; non tamen ſecundum ſuã virtutem; vt anima rationalis reſpectu vegetatiui, ſenſitiui, & intellectiui. Totum vniuerſale; vt eſt ſuperius reſpectu inferioris in linea predicamẽtali, dicitur etiã totũ pontentiale per comparationem ad partes ſubiectiuas, quas potencia continet, & in quibus ſecundum totam eſſentiam inuenitur: vbi nota diſcrimen, ex iam dictis, inter totum potentiale reſpectu partium poteſtatiuarum, & pontentiale reſpectu partium ſubiectiuarum. Totum definibile id vocatur, quod definitur, & appellari ſolet totum actuale propter partes, quas actu, & eſſentialiter includit. Totũ per accidens dicitur illud, in quo partes ſunt in actu, & non dicitur verè vnum, & eſt duplex; aut .n. conſtat ex partibus, quarum quęlibet poteſt per ſe ſubſiſtere, vt lapidum aceruus; vel conſlatur ex ſubſtan-

1. poſt. T. 3. 1. periher. cap. 5. T. 45. & 46. 7. met. 1. phys. T. 5. 5. met. T. 31.

ſubſtantia, & accidente, vt homo albus. Totum eſſentiale dicitur verè vnum, & per ſe; quoniam intrinſecè conſtat ex duabus partibus, quarum vna potentia eſt, altera verò actus. vide 8. met. vbi diffuſè declarat Philoſophus quòd materia, & forma ſunt principia eſsẽtialia ſubſtantiarũ ſenſibiliũ: & non eſt quęrenda alia cauſa intrinſeca, quare materia, & forma faciant vnum per ſe; niſi quia hoc eſt potentia, illud verò actus. Et quoniam materia, & forma ſubſtantialis dicuntur naturę, & ex ipſis compoſitum ens naturale dicitur; ideo totum naturale, & eſſentiale pro eodem plerumque ſumuntur.

1. *phys.* T. 58. 7. *met.* T. *ult.* T. 15. 2. *phys.*

Secundò ſupponitur; quòd illa dicuntur inter ſe realiter diſtingui, quorum exiſtentia vnius poteſt eſſe ſine exiſtentia alterius. Vbi nota, quòd diſtinctio realis ſimpliciter, latior eſt, quàm eſſentialis; vnde benè infertur; diſtinguuntur eſſentialiter, ergo realiter; non autem è conuerſò, niſi in rebus creatis. Vnde benè ſequitur; homo, & equus differunt realiter, ergo & eſſentialiter, ſumẽdo eſſentiam logicè, vel metaphyſicè. Similiter Marcus, & Antonius differunt realiter, cum ſint duo ſuppoſita, & etiam eſſentialiter, ſumendo eſſentiam phyſicè, idęſt pro materia, & forma, quibus in-

1.phyſ.t. trinſecè res quęlibet naturalis cōponitur.
64.& 80. Et quando inquit Ariſt.2.poſt. quòd omne
8.met.t.3. quid eſt, vniuerſale eſt; accipit ipſum me-
cap.3. taphyſicè, quod conuertitur cum forma totius: & per ſe primò in vniuerſali; per ſe autem ſecundò in particulari reperitur: vide in prima parte de principio indiuiduationis. At ſi quid eſt phyſicè ſumatur, componitur ex materia, & forma partis; vt habetur primo de ani. Ideo cōſueuit Ariſt. per
t.16. quod quid eſt, formam intelligere: & per hoc fit etiam clarus illorum error, qui dicunt materiā partem eſſe eſſentię; non autē quiditatis. In Diuinis diſtinctio realis, & eſſentialis non conuertuntur; perſonę nāq; Diuinę realiter inter ſe diſtinguuntur, non autem eſsētialiter. Illa deniq;, realiter quę diſtinguuntur, ſunt in duplici differentia; quędam enim diſtinguūtur ſicut res, & res; vt ſunt duo indiuidua prędicamenti ſubſtā tię: vel ſubiectum, & accidens: fundamē tum, & relatio; de quibus verum eſt dicere, quòd exiſtētia vnius poteſt eſſe abſq; exiſtē tia alterius; quamuis non è contra, niſi in primo exemplo. Quędam verò deſtinguū tur realiter, quę ſe habent, non ſicut res, & res; verum ſicut rei, & rei; vt materia, & forma: ſubiectum, & accidens proprium; vnde quę continentur in propoſitione de ſe

cundo

cundo modo dicendi per ſe diſtinguuntur vt rei, & rei; & non vt res, & res. Similiter quę continĕtur in primo dicendi modo per ſe, qui debet eſſe metaphyſicus abſtrahens ab actuali exiſtentia, vt ſit de omni, & ſecũ dũ quòd ipſum; vt homo eſt animal rationale. Si enim phyſicus eſſet; quamuis de omni, & per ſe; tamen nõ eſſet ſecundum quòd ipſum; vt homo eſt conſtans ex corpore, & anima rationali, vel intellectiua. Huiuſmodi enim propoſitionis predicatum non conuenit homini; niſi ratione huius, vel illius hominis: & per hoc explicatur Ariſt. in categor. dicens; deſtructis primis ſubſtãtijs, &c. & 1. poſt. quòd particularium nõ eſt definitio: ſit etiã clarum, quòd quando dicitur difinitionem abſtrahere ab actuali rei exiſtentia, intelligitur de metaphys. nõ phys. definitione.

1. poſt. t. 6.

cap. de ſub.

t. 19.

Tertiò ſupponitur; quòd hęc ſunt inter ſe ordinata; diuiſio diſtinctio, & non idemptitas. Diuiſio enim reſpicit materiã, & quantitatem. Diſtinctio non requirit materiam, nec quantitatem; vnde poteſt reperiri, etiam in ſpiritualibus. Non idemptitas reperitur in fictitijs quoq; & non requirit extrema poſitiua de neceſsitate, vti diſtinctio poſtulat. Quare omnis diuiſio eſt diſtinctio, & non è contra: omnis diſtinctio eſt non

idemptitas, & non è conuerſò. Vnde ſupremum in huiuſmodi ordine eſt non idéptitas; infimum verò diuiſio.

Vltimò ſupponitur; quód totum realiter diſtingui à ſuis partibus ſimul ſumptis, duobus modis intelligi valet. Vno modo, quód ſit aliqua tertia entitas addita ſuper partes ſimul ſumptas; ita vt ab illarum entitate ſimul ſumptarum prȩſcindi poſsit, poniq; ſeparata per intellectum pro vna parte; pro altera verò partes ipſȩ; vti albedo dicitur entitas addita ſupra parietem. Altero modo; vt ſit aliquod realiter diſtinctum à ſuis partibus, &c. additum ſupra illas; non tamen prȩſcindens ab illis; cum eas eſſentialiter includat.

His ita poſitis tria per ordinem preſtabo. Primò concluſionem ponam ad quȩſtionem reſponſiuam ſuis cum probationibus: & ſolutiones diluam aliorum; firmȩ vt illȩ remaneant. Secundò rationes pro aduerſa parte, claris cum ſolutionibus, afferam in medium. Vltimò locum propoſitum expendam.

3.5.*d*.2.*q*. 2.*q*.1.*c*.2. *quol*.2.*q*. 14.4.*con*. *gétes* 1.81. *t*.19.

Quantum ad primum: concluſio ponitur affirmatiua non ſolum ad mentem Scoti, cui principaliter tribuitur; verum etiam iuxta ſententiam Heruei, Capreo. Caiet. Ferrariem. Burl. & aliorum grauiſſimorũ

virorum

virorum.Prob.i. auctoritate phi.5.met.dicentis; ſex non ſunt his tria, verum ſemel ſex.Quidã dicunt,quòd ibi vult auctor oſtẽdere quale non eſſe idem, quod quantum; vt in numeris aliud eſt quantitas,ideſt ipſimet numeri : & aliud qualitas,ideſt ipſorũ figura ; videlicet quòd ſint triãgulares, &c. Huiuſmodi ſolutio admodũ literę non conſonat; dicitur enim ibi; ſubſtantia cuiuslibet numeri eſt quod ſemel dicitur; vt ipſorum ſex, ſemel ſex : & non quòd bis dicitur aut ter.i. bis tria, aut ter duo; hoc enim pertinet, non ad eius ſubſtantiam, ſed qualitatem, ideſt ad quartam ſpeciem qualitatis. Dicendo enim tria : prima deſignatur dimenſio .i. longitudo : dicendo poſtea, bis tria, deſignatur ſecunda,latitudo nempe; vnde quędam reſultat figura ſimilitudinariè; vt ipſemet Ariſt. inquit.1.poſt. videlicet,niſi magnitudines numeri ſint : & eodẽ etiam in lib. infra declaratur.Iam videndũ eſt, quid per ly, ſubſtantiam, intelligitur? Deducitur ex 5. phyſ. vbi dicitur; ſimpliciter autem vnus motus eſt, qui ſubſtantia quidem vnus, & numero eſt .i. motus perfectè dicitur vnus, qui eſt vnus numero ſecundum eſſentiam. Ad rem ; numerus ſenarius non eſt bis tria, vel ter duo ; ſed ipſum ſemel ſex à bis tria,vel ter duo eſſentialiter

t.19. *t.20.* *t.122.* *t.34.*

 ſeparatum.

t. ult. ſeparatū. Confir. habetur 7.met.quód ſyllaba, ba, non eſt b, & a, ſed aliquod aliud abillis diſtinctum. Reſpondent quidam, totum, ideſt ba, non eſſe ipſas partes ſeparatas, ideſt b, & a, ſeorſum; verum aliquod preterea, quod eſt vnum compoſitum; & non eſt, niſi illę inet partes vnitę. Scotum nihillominus intelligere debebant dicentē 8. met. ad literā, quòd ibi philoſophus
3. 4. arguit, quòd aliquod eſt in cōpoſito pręter elementa.i.partes materiales, quarum vna non eſt actus alterius; ſed ambę ſimul; vt a, b, ſunt vna materia receptiua formę, vt ipſius, ab, quę ſyllaba formaliter ſumpta ab a, & b, etiam vnitis, realiter deſtinguitur. Confir.per id, quod apertiſsimè habetur 7.
t. 35. met. videlicet ſpeciem autē dico quodqid erat eſſe, & ſimul totius eius, quod ex ſpecie, & materia ipſa eſt. Compoſitū, inquit, eſſe ex materia, & forma; & non materiam,
lib. 7. de & formam vnitas. Inquiunt nonnulli, quòd
nat. cap. ita loqui conſueuit Ariſt. quoniam forma
21. in fi. coniuncta materię ſubſtantialē quendā habet modum eſſendi, qui cōſiſtit in naturali partiū vnione: & eſt diuerſus à modo proprio materię, & à modo proprio formę; ſi vt ſeparatę conſiderentur. Supponit huiuſmodi ſolutio formam extra compoſitū vniri materię, quod pluribus in locis repugnat.

gnat. Ariſt. pręcipuè 1. phyſ. & 8. met. vbi *t.64.*
legitur apertè; quòd forma non eſt ſepara- *t. 3.*
bilis à materia, niſi ratione, & quòd manet cum ipſa in compoſito, quód propriè dicitur generari, & fieri ex ipſis. Vide 7. met. *t. 26. &*
vbi probat philoſophus, quòd forma nō fit, *t. 27.*
niſi per accidens, ideſt ad generationem cōpoſiti, quarè materię non vnitur niſi in cōpoſito: immo dicitur ibidem, quòd ſubſtantia compoſita eſt ſeparabilis ſimplici- *8. met.*
ter, ideſt poteſt per ſe exiſtere; forma verò *t. 3.*
minimè, de illa loquendo, quę educitur de potentia materię operatione agentis naturalis, nullam habens exiſtentiam extra cōpoſitū, quarè neq; materię extra ipſum con iungi valet. Probatur ſecundò rationibus, & illis primò, quas ponit Scotus loco iam relato. Prima; ponas oppoſitum, & nullum erit diſcrimen inter totum per ſe, & per aggregationem, quod eſt falſum. Probatur illatio; quoniam totum per aggregationem, non eſt niſi ſuę partes aggregatæ, & ideo plura: ſi totum, igitur, per ſe idem eſſet ſuis cum partibus, non eſſet niſi ſuæ partes aggregatę; & per conſequens plura, & non vnum exiſteret. Sol. reſpondent Toletus, & Pererius vnanimiter, magnum eſſe diſcrimen inter totum per ſe, ac totum per accidens: primum enim non ſolum dicit

partium

partium coaceruationem, ſicut ſecundum; ſed vlterius partes vnitas inter ſe, ſicut actum, & potentiam. Adde, quòd propterea totum per ſe eſt vnum ſimpliciter, plura verò ſecundum quid: totum autem per aggregationem eſt plura ſimpliciter, & vnum ſecundum quid propter ordinem, & approximationem, quam partes habent inter ſe. Eorum tamen ſolutio ſupponit totum pręcisè nil aliud eſſe pręter partes vnitas, quod per ea, quę ſupra, facilè confutatur. Inſu-
t. 80 per habetur 1. phys. materia cum forma id-eſt forma, & materia ſimul; cauſa eſt eorũ, quę fiunt, ideſt compoſitorum: eſt igitur compoſitum quid aliud pręter materiam, & formam vnitas. Et 2. de ani. legitur,
t. 2. & triplex eſt ſubſtantia, hęc quidem ſpecies
15. ideſt forma: illud verò vt materia: aliud autem ex vtriſq;, ideſt compoſitum. Sed clarius; huius autem aliud quidem ſicut materiam: quę ſecundum ſe quidem non eſt hoc aliquid: aliud autem ſicut formam, & ſpeciem, ſecundum quam dicitur iam hoc aliquid: & tertiam, quę ex his. Iam fecit mentionem de materia, & forma vnitis, cum dixit materiam eſſe hoc aliquid per formam; fruſtra diceret poſtea, tertiam autem, quę ex his, niſi compoſitum aliquid adderet ſupra materiam, & formam iam copulatas

pulatas. Pro additionis ſolutione inueſtiganda eſt ratio, quare .5.ex materia, & forma fiat vnum per ſe? certè alio modo reſpõderi nequit; niſi quòd partes in toto per ſe ſunt entia, non in actu, ſed in potentia, & incompleta; & quę non habent eſſe pręter eſſe totius: totum igitur eſt quid pręter ipſas vnitas. Dicerẽt fortè, quòd forma vnita materię ipſam actuat, & complet: & materia ipſam formam ſubſtentando etiam quodammodo perficit; quare non eſt opus tertia entitate, in qua ipſę ſubſtententur, ac perficiantur. Ariſt. repugnarent 4. phyſ. dicenti; quòd partes in toto reperiuntur; deſignanti per cõſequens, totum preter vnitas partes aliquid eſſe. Et 3.met. quòd compoſitum. & non partes componentes, ſimul acceptę, qualitatum eſt ſubiectum. Secunda ratio; terminus generationis, & initium corruptionis eſt totum per ſe; quicquid .n. generatur, vel corrumpitur, eſt totum per ſe: at neque materia ſeorſum, & per ſe generatur, aut corrumpitur; neque forma: nec materia, & forma ſimul ſumptę; quoniam ſunt plura entia: nec denique vnio formę cum materia; cum ſit quędam relatio; generatiò autem ad ſubſtantiam terminetur. Ipſum, igitur, totum, quod per ſe terminus eſt generationis, realiter tũ à qualibet parte,

t. 23. *t.* 17. 5. *phyſ.* *t.* 18.

te, tum ab omnibus vna ſumptis diſtingui-
tur. Sol. aduerſantes; quamuis non tã clarè, vt dicetur; in hoc omnes conueniunt, quòd generatio terminatur ad totum cõpoſitum; non autem ad materiam per ſe, nec ad formam per ſe, vel ad vnionem materię cum forma. At quando dicitur, quòd neq; ad materiam, & formam terminatur, diſtinguendũ eſt. Si enim ſenſus ſit, quòd non terminatur ad materiam; & formam; vt illæ diuiſiuè ſumuntur; conceditur; quoniam generatio; cum neq; ad materiam per ſe, neq; ad formam per ſe terminetur; nec ad materiam & formã diuiſiuè terminabitur. Si ſenſus ſit autem, generationem non terminari ad materiam, & formam complexiuè, ſiue collectiuè ſumptas; non conceditur; cum hoc modo non ſint plura, ſed vnũ: & altera ſit potentia; altera verò actus. Quamuis, igitur, materia, & forma non generentur diuiſiuè; collectiuè tamen, vniteque ſunt vnum genitum, ac verus terminus generationis. Solutio hęc per eadem diluitur primò, quę ſuperius dicta ſunt. Secundò; partes vnitæ, per ipſos, terminus eſt generationis: igitur vnio; conſequens Ariſt. vt iam patet, maximè repugnat; ergo & antecedens. Conſequentia prob. nã partes vnitæ ideo dicuntur vnitę, quoniam ſub

vna formalitate copulantur, quæ dicitur vnio, ratione cuius dicuntur terminus generationis: idem eſt, ergo, dicere partes vnitas; vt ſic; terminum eſſe generationis, ac ipſam vnionem, vel ſimultatem. Tertiò vim rationis, quæ proponitur à Scoto, non attingunt; inquit enim ipſe ad mentẽ Ariſt. terminus ad quẽ generationis eſt aliquod habens propriam entitatem: modò partes vnitæ per vnionem ita dicuntur, quę ſeorſum alicui ipſarum, nec ſimul ſumptis propria dici valet: clariſsimo ibidem exemplo idem confirmatur ab eodem. Tertia ratio; totum corrumpitur partibus remanẽtibus: neç non de nouo producitur partibus iterũ non productis: ergo totum eſt aliquod à partibus diſtinctum. Nota eſt conſequẽtia, & antecedens prob. exemplo, quod ponitur 7. met. Sol. quicquid dicitur pro auctoritatis ſolutione diluitur, vt ſupra. Inquiunt, inſuper, quòd corrupto toto corrũpuntur etiam partes, non ſeparatę, ſed vnitæ: & quòd iterum producto toto partes etiam ipſæ producuntur vnitæ, & non ſeparatæ. Hoc etiam diluitur per iam declarata: accedit quòd ſolutio deſtruit doctrinã Ariſt. 1. de gene. t. 17. vbi inquit phil. quòd ideo generatio, vel tranſmutatio inquieta eſt, .i. perpetuò durat; quoniam corruptio vnius *t. ulti.*

eſt

eſt generatio alterius, & è conuersò. Si igitur, quando corrumpitur aliquod, nil aliud corrumpitur, quam partes vnitæ .i. ipſarum partium vnio: ſimiliter, quando generatur; non generatur, niſi partium vnio cum idem ſit dicere partes vnitas, vt ſic, & ipſam vnionē; preter id, quòd non daretur generatio, neq; corruptio ſubſtātialis, cōtra
5. phys. t. 7. & 14. 15. philoſophū; nihil prorſus generaretur; cū ex relatione corrupta, qualis eſt vnio, alia relatio generari non poſsit: quòd vnio
1. phys. t. 52. & 1. de gen. t. 18. ſit relatio, vide Ariſt. 2 phyſ. dicentem; in alia enim forma alia materia .i. non quę libet forma cuilibet materiæ vnitur; verum determinatè: & ideo dicitur ibidem; mate-
t. 26. ria eſt eorum, quæ ſunt ad aliquid. Dicerent fortè; quòd corrumpitur, vel generatur vnio ſub hoc ſenſu .v. ſeparatur vna forma ſubſtantialis à meteria, quæ de ſe perma-
1. phy. t. 82. nens eſt, ingenerabilis, & incorruptibilis, & ſucceſsiuè vnitur, quamuis in inſtanti, alia forma ſubſtantialis; ita vt nūquam reperiatur materia, quin habeat ſibi formam vnitam: & hoc ſufficit phyl. ad ſeruandam generationis perpetuitatem ex parte materiæ. Satis probabiliter loquuntur; verum adhuc Ariſt. repugnant ibidem dicenti, ge-
t. 10. neratio ſimplex eſt quando totum mutatur in totum; & non congregatione, & ſe-

paratione

paratione,ideſt vel quando materia,& forma traſmutantur in materiam, & formam; quam opinionem probabilem exiſtimat fundatiſsimus Egid. ibi: vel, vt ipſe exponit,quando fit reſolutio vſque in materiam primam; ita vt non ſufficiat ad alicuius corruptionem quòd partes diſiungãtur, vt ponebant nonnulli ex antiquis phyſ.; ſed aliquod aliud requiritur, inquit apertè phil. Quarta ratio; ſecus nihil eſſet per ſe cauſatum à cauſis intrinſecis materia ꝗ. & forma quia iſtæ cauſæ hoc cauſant compoſitum, q̃m. ſunt partes cauſati: ſed iſtę non ſunt partes neq; alterius earum, neq; ambarũ; quia neutra eſt cauſata: nec ambę; quia ſunt primæ cauſæ, & prima principia rei, igitur, &c. Sol. Senior ex recentioribus *1. phys.* malè refert huiuſmodi rationem; quoniam *q. 8.* apud auctorem non vidit: & propterea, deinde,non rectè ſoluit: adde,quòd eſt inſolubilis. Inquit in reſpõſione.quòd Scotus committit fallaciam, dum argumentatur à partibus eſſentialibus ad integrales, &c. quod falſum clarè videbitur illũ in proprio codice contemplanti, & iam ex verbis ſedulò relatis conſtare valet. Eſto, deinde, verum eſſe relatum ab eis; nulla tamen cõmittitur fallacia;cum eadem, in propoſito, ſit prorſus ratio de partibus integralibus hetero-

heterogeneis, atq; de partibus eſſentialibus
De natura lib. 7. cap. 21. Alij, ex eadem claſſe, dicunt duo: primū; quòd ideo materia, & forma ipſum compoſitum cauſare dicuntur; quoniam ſunt ſibi inuicem cauſę; nam materia eſt cauſa formę ſubiectiuè; forma verò è conuerſo eſt cauſa materię perfectiue, ac terminatiuè: ſecundum; quòd ex hac mutua ipſarū cauſalitate efficitur naturalis earum vnio, propter quam eſt, & nominatur compoſitum naturale; & ob hanc cauſam materia, & forma compoſitum cauſare dicuntur. Omnia per iamdicta facilè diluuntur: adde ad primum ea, quę de cauſalitate formę, ac materię dicta ſunt in prima parte; hic ſolum dicatur; quòd, ſecundum Ariſt. cauſæ *5. met. t. 1.* omnes principia ſunt: principia verò, ibidem per eundem, vel ſunt inexiſtentia rei, vel extra rem; ideſt principia dicuntur reſpectu principiati: modò materia reſpectu formæ principiatum dici nequit, nec è contra; cum principiatum ſit compoſitum, ipſæ verò ſimplices omnino: & quamuis vtraq; ſit principium inexiſtens rei; intelligi tamen debet rei principiatæ; ideſt quòd ipſę ſint principia intrinſeca rei compoſitæ, quę ſupponit pro aliquo ab ipſis principijs realiter diſtincto: nec ābæ verè dicuntur principiata; cum ſint prima rerum principia: &

hoc

hoc habere voluit Scotus in dicta ratione *1.phyſ.*
ad mentẽ Ariſt.1.phys.Cauſalitas vtriuſq; *t.42.*
ad inuicem impropriè ita nuncupatur; cũ
verè cauſa illa dicatur, quę aliquem conſtituit
effectum in eſſe. Vide auctorem de
cauſis dicentem; cauſa eſt id, ad quod
aliud ſequitur ſimpliciter:& nota quòd aliud
eſt materiam dependere à forma,& formã
à materia:terminatiuè,& ſubiectiuè in
cõpoſito:& aliud quòd ſe verſauicè ꝓpriè
cauſent:primũ conceditur; ſecũdum verò
minimè; cum materia poſsit eſſe ſine hac
ſaltẽ, & illa forma: & forma aliqua,vt humana,
nõ dependeat á materia, niſi quoad
actum informãdi,& non quantum ad eſſe:
Ad ſecundum duo dicuntur in oppoſitum: *t.4.*
primum; quòd 2.phys.dicitur; duplexeſt
natura ideſt ſubſtantia ſimplex, videlicet
materia, & forma: & eſt habens naturam,
ideſt compoſitum naturale, complectens
vtranque naturam in ſe ipſo, ideſt materiam,
& formam vnitas. Secundum quòd
natura prius naturaliter conſtituitur, quã
ſuppoſitum; quoniam natura, iam conſtituta
per materiam & formam, ſuppoſitatur;
compoſitum, igitur actualiter exiſtens
in rerum nat.ideſt ſuppoſitum aliquam realitatem
addit ſupra materiam, & formam
vnitas.Vbi nota; quòd compoſitum, phy

ſicè, ſecundum Ariſt.non exiſtit ſeparatũ à ſingularibus, vel ſuppoſitis: & ad hoc, quòd predicetur vniuocè de ipſis, ſufficit quòd predicetur ſecundum nomen commune, & eandem definitionem reſpectu illius nominis; vnde, ſicut verum eſt dicere; Petrus eſt homo,&,vt homo, eſt animal rationale, vel conſtans ex corpore, & anima rationali: ita firmiſsimum eſt aſſerere de Chriſto; ſed non ſub proprio ſuppoſito humano, verum ſub diuino; de quo veriſsimum eſt aſſerete,quòd ſit verus Deus,& verus homo ſimul; per quod clareſcit etiam compoſitum, exiſtenter, addere aliquod ſupra naturam ideſt materiam, & formam vnitas; & dicitur hoc aliquid ideſt ens per ſe ſubſiſtens, & incommunicabile; ſicut natura ipſa ens in alio exiſtens, & ideo quale quid, & pluribus communicabilis. Quinta ratio; ſi totum non diſtingueretur, &c. ſequeretur nullum eſſe ens, cui per ſe ineſſet propria paſsio, vel propria operatio, &c. Sol. proprię paſsiones, & operationes dicuntur eſſe ipſius compoſiti; quoniã non oriuntur ex materia, niſi prout eſt actuata, & à forma determinata: nec oriuntur à forma, niſi ea ratione, vt eſt vnita materię. Audiant ita reſpondentes Ariſt. dicentem; ſuppoſitorum ſunt operationes,vt

in antepre dic. cap.1.

in cateor. cap.de ſub.

3.phys. t.17.

quod,

quod, formę verò vt quo: materia, igitur, ad operationem, vel actionem non concurrit, niſi paſsiuè, vt formę vehiculum; nec forma, & materia ſimul poſsunt concurrere, vt quod; cum materię ſit propriè pati, formę verò agere, vt quo tantum: conſtituenda eſt igitur entitas ab vtraq; realiter diſtincta, quę propriè, per ſe, & immediatè ſit agens, vt quod; propterea inquit ſubtiliſsimus D. in fine rationis, quòd operationes non ſunt materiæ, nec formæ vnitarum. Quantum ad paſsionem, vel accidens proprium, vide Alex. Aphrodiſ. Porph. & alios, qui varias ponunt proprii ſignificationes: hic Ariſt. ſolummodò cõtemplare dicentem; quòd primum ſubiectum ideſt immediatum alicuius accidentis proprij eſt compoſitum, & non principia intrinſeca illius, etiam vnita; vnde primum ſubiectum riſibilitatis eſt homo, & non animal rationale: aliquam igitur, entitatem, diſtinctam à partibus vnitis, indicat compoſitum. Sexta ratio; partes vnà ſumptę realiter totum componunt; ab ipſo, igitur, realiter diſtinguuntur; nihil enim reale ſeipſum componit: antecedens ſit notum; quoniam totum componitur ex partibus non ſeparatis; verum vnitis. Sol. hanc rationem, à quarta non longè diſtantem,

2. de gen. t. 53.
1. de ani. t. 14.
1. top. c. 4, in predica. cap. 5.
1. poſt. t. 14.

ſtantem, ita ſoluunt nonnulli; ſi ſenſus ſit, partes vnitas diuiſiuè ſumptas componere totum, verum eſt antecedens, & conſequentia falſa; cum non teneat à partibus diuiſiuè ſumptis ad eaſdem collectiuè acceptas. Si verò ſenſus ſit; partes vnitas collectiuè ſumptas componere totum; falſum eſt antecedens, illæ namque partes ſic acceptę ſunt ipſum precisè compoſitum. Solutio hæc primò recedit ab articuli prędeclaratione, ac diſputationis conuenctione; vnde petitionis principij vitium committere videtur. Inſuper ſibi ipſi videtur in prima parte implicare, cum dicat, partes vnitas diuiſim ſumi poſſe: ſecunda verò pars falſam, per iam dicta, ſe facilè demonſtrat. Aliæ rationes, cum apud alios videri poſsint, ipſarumq; ſolutiones de medio facilè tollantur, conſultò hic miſſæ ſiunt.

Quantum ad ſecundum; poſita concluſio primò repugnat auctoritati grauiſsimorum virorum. Inquit enim Ariſt. 4.
t. 13. morum virorum. Inquit enim Ariſt. 4.
t. 10. phys. non enim pręter partes eſt totum: & 2. de ani. quòd animal non eſt, niſi corpus, & anima. Videtur ei conſentire D. Thomas; vt referunt nonnulli, inquiens; quòd humanitas eſt materia, & for

ma iunctę: & quòd homo eſt corpus, & *4.con.gēt.*
anima ſimul. Ad primam Ariſt. aucto- *cap. 51.*
ritatem dicitur, quòd ita debet intelligi, *& 1.p.q.*
videlicet totū non exiſtit, niſi in partibus, *75.ar. 4.*
quod conceditur, quamuis ſit aliquid pre
ter partes, ideſt entitas quędam à partium entitate realiter diſtincta; vt eſt iam probatum. Ad ſecundam; illa explicanda eſt in ſenſu cauſali, videlicet animal eſt corpus, & anima; ideſt componitur ex anima, & corpore, à quibus intrinſecè cauſatur. Eodem etiam modo dicitur ad auctoritatem D. Thom. Vel; fortè ità dicit ipſe, vt oſtendat contra Platonem, & hęreticos hominem non eſſe animam tantum, vt ipſi ſunt arbitrati. Legi ipſe, inſuper, apud eundem *1.2.q.13*
hæc formalia verba; ſicut enim dicimus *art. 1.*
animal ex anima, & corpore compoſitum eſſe; ita electio non eſt appetitus tantum, neque conſilium, ſed ex his aliquod compoſitum; vbi totius à partibus realem indicat ſeparationem. Subſcribitur huic explicationi, & ſententię Auer. ita inqui- *com.7.*
ens 5. & 7. diuinorum; totum eſt quid
aliud partibus componentibus additum. *com. 17.*
Quando verò inquit 1. phys. & 3. cel. *com.8.*
totum non eſſe aliud quàm partium congregationem; accipit ipſum in facto iam

eſſe, & non in fieri, ſicut in primo ſermone. Duo, propterea, ſunt optimè notanda: primum; materia, & forma in compoſito exiſtentes plura ſunt entia entitate naturæ, vel eſſentiæ; non tamen entitate exiſtentiæ; ex quibus, tanquam ex partibus ſimul componentibus totum conſurgit compoſitum. Cum autem componere, ex modo ſuo ſignificandi, actum dicat compoſitionis in fieri, vt diſtinguitur à ly, factum eſſe; ſpectare poſsumus partes ipſas, vt cõponentes totum in aliquo priori, antequã totum ipſum ſit compoſitum, ideſt poſſumus conſiderare partes, vt vniuntur in fieri, præſcindendo ab eo, quòd ſint vnitę in facto eſſe, vt ſuperius etiam tactum videtur: & ipſum totum reſpectu partium componentium in fieri, & iam vnitarum, & cõponentium in facto eſſe. Secundum; quòd Scotus, loco relato, arguit contra Auer. ſub hypoteſi ideſt dato, quòd Auer. vti videtur; aſſerat, quòd totum, etiam in facto eſſe non diſtinguatur ab omnibus partibus collectiuè, ac vna ſumptis; argumentor, &c. Subſcribitur ei Sueſſ. vir quidem non paruifaciendus; quare Subtilis D. falſam non imponit Auer. opinionem; vt recentiores arbitrantur Patauini. Secundò eadem concluſio multis obuiat rationibus.

2. de ani. com. 10.

Prima;

Prima; ſi totum reipſa differret à partibus ſimul ſumptis; aut ſe toto differret, aut per aliquid ſui: neutrum eſt dicendum: igitur, &c. Maior clara eſt, minor ita inoteſcit in prima parte; quoniam cum partes ſint de eſſentia totius, totum non poterit ſe toto diſtingui à collectione partium; in ſe enim ipſas partes includit: in ſecunda verò; quoniam nihil realiter continetur in toto, in partibus etiam ſimul ſumptis quod non contineatur: non poteſt; igitur; ab illis per aliquid ſui realiter ſeparari. Sol. totum differt à ſuis partibus non per aliquam ſui partem, nec ſe toto diſtributiuè ſincategorematicè, ideſt per quamlibet ſui partem; vtiq; ſe toto categorematicè, id eſt integritate, ac totalitate ſuæ naturæ; quoniam totum, nimirum, eſt vnum aliquod: ipſę verò partes, etiã ſimul ſumptæ, plura ſunt entia quamuis incompleta, vt omnes apertè concedunt. Secunda; ſi totum diſtinguitur, &c. ſequitur definitionem eſſentialem non explicare totam eſſentiam definiti; in definitione enim ſolummodò partes ponuntur, & non totum Sol. negatur conſequentia; totum enim vt diſtincta cognitione concipiatur, ſat eſt vt omnes eius partes eſſentiales intelligantur. Vnde optimè natura totius explica-

turpartibus; quamuis ſit aliquid realiter diſtinctum ab ipſis; non ita tamen, vt quod dam ſit præſciſſum, verum vt incluſum ab includentibus. quod per illa optimè declaratur; ex Ariſt. multis in locis. Tertia; ſi totum diſtingueretur, &c. natura ſaltem illis poſterius eſſet, ut vnitis: non eſt igitur ſubſtantia, quod eſt abſurdum. Prob. prima conſequentia; quoniam illud totum partium vnionem ſupponit: ſecunda; quoniam per materię vnionem cum forma, materia formaliter eſt in actu ſubſtantiali: ſed quicquid poſterius eſt ad materiam, in actu ſubſtantiali exiſtentem, accidens dicitur: ergo totum, ſi poſterius eſt ad partium vnionem, etiam accidens exiſtit. Sol. negatur ſecunda conſequentia; quamuis enim materia in illo priori naturę, priuſquam totum reſultet, actum recipiat, ac formam; non tamen eſt in actu ſubſtantiali, niſi poſt reſultantiam totius; per cuius eſſe ſunt tam materia, quàm forma. Iam verò aliquid vt ſit accidens, opus eſt, vt adueniat toti compoſito iam actuato, & non ſit pars illius intrinſeca. Quarta vel illa entitas indiuiſibilis, vel diuiſibilis eſſet: non primum; quoniam lignum; verbi gratia; eſt corpus compoſitum, & per conſequens diuiſibile: neque ſecundum; niſi

1. phys. t. 4. 2. de ani. t. 7. 28. & 29.

i n antepre. dic. diuis. 2. & 2. de ani. t. 10.

niſi in materiam,& formam,ex quibus cõponitur;intelligi .n. non poteſt eſſe totum diuiſibile,niſi eas in partes,quę ipſummet ſunt. Sol. totum eſt diuiſibile in partes, ex quibus componitur,à quibus vnà ſumptis realiter diſtinguitur & cum in illas reſolui tur,hic ordo ſeruatur:initiatiuè tertia enti tas perit nullo habito reſpectu ad partes terminatiuè in partes pręciſè reſoluitur,ex quibus componitur. Quinta; ea , quę ſic ſe habent,quòd quicquid eſt vnius ſit etiam alterius pars,& è contra ſunt idem prorſus realiter;vt oppoſitum ſentientes etiam cõ cedere videntur;ſed cùm partes illę vnitę , ac totũ ita ſe habeãt,vt quicquid vnius, al terius etiam pars exiſtat , ſequitur quòd to tum,vnitęq́; partes idem ſint realiter. Sol. maior vera cenſenda eſt;ſi vtrumq́;ſit com poſitum ex partibus,ſecus verò minimè .i. ſi alterum ſit compoſitũ, & alterum partes componentes per ſe acceptę,vel ſimul in il lo priori,antequam ex ipſis totum reſultet. Tunc.n.quãuis nulla pars in toto contineatur, quę non ſit etiã in ipſa collectione par tium; quia tamen illud eſt vna tota natura compoſita ex partibus; collectio verò non vnũ per ſe, ſed multa entia incõpleta:ideo aliud eſt ipſum totum , & aliud partes col lectiuè ſumptæ. Sexta; ſi totum à partibus

diſtin-

diſtingueretur vnitis, poſset Deus illas, ſic vnitas, abſq; toto, ac ipſum ſine illis conſeruare; adinuicem enim realiter diſtincta valet omnipotẽs ſeparata conſeruare. Sol. illatio falſa eſt; quamuis Deus. n. poſsit ea ſeparatim conſeruare, quę ita realiter diſtinguuntur, vt vnum aliud non includat; ita nonnullis arbitrantibus; ea tamen, quę ita realiter diſtinguuntur, vt eorum realitates preſcindi nequeant, vt in propoſito, ſeparata conſeruare non valet: non ob impotentiam; verum quoniam partes aliud eſſe non habent, niſi quod in toto retinent, ideſt vt partes, non conſiderantur niſi in toto, ad quod realis actio propriè, & vltimatè terminatur. Eadem diſt. ſoluitur difficultas, vbi dicitur; quòd ſi totum diſtingueretur, &c. poſſet eſſe extra, & abſq; partibus intelligi: totum eſt falſum propter neceſſariam dependentiam, & ordinem inter vtrumq; neceſſarium, & eſſentialem. Septima; quicquid in aliquo toto reperitur intrinſice, vel totum eſt, vel pars: vnitę partes non ſunt per ſe totum; pars igitur erũt: & per conſequens opus eſt aliquam vt fingamus compartem contra veritatem. Cõfir. partes vnitę, ſiue differant à toto, ſiue non; ſunt vnum ſimpliciter; quęritur iam qua relatione totum ad iſtud vnum referatur?

tur? nulla certè alia, quàm totius ad partem; ergo alia eſt pars, ad quam etiam referatur totum, pręter ipſas partes vnitas, quod à veritate alienum eſſe compertiſsimum eſt. Sol. partes vnitę non ſunt pars; partes immo; ſunt enim plura entia, vt omnes ſupponunt: quo etiam ſoluitur con firmatio. Octaua; non eſt quęrenda ratio cur ex materia, ſubſtantialiq; forma fiat vnum per ſe; quoniam, cum forma ſit pro prius actus, & materia propria potentia; ſei pſis vniuntur, atq; vnum efficiunt: hoc ipſo, igitur, quòd forma ſubſtantialis mate riam informat, atq; actuat, vlla ſine aliqua entitate forma, materiaq; ſimul vnitę vnũ per ſe erant, quod non eſt aliud, quam cõpoſitum; totum, igitur, non diſtinguitur. &c. Sol. poſita materia, & forma vnitis, vt partibus, &c. adhuc eſt neceſſaria aliqua tertia entitas, quę totum dici poſſit: materia enim & forma, etiam vnitę, non ſunt vnum, ſed plura: alia igitur entitas de neceſsitate requiritur, non quę tanquã forma illa duo vniat; vt ſit autem ipſum vnum, ac totum, quod in ſuppoſitis iam eſt dilucidatum. Nona; mors in nobis non eſt ſubſtantię conſumptio; verum vnitorum ſeparatio, quod falſum eſſet. huma na ſi natura realiter à ſuis partibus differ-

8. met. cap. ult.

ret, cum ſit namque ſubſtantia quędam,& per mortem deſinat eſſe aliqua ſubſtantia, preter partium ſegregationem, deſineret in nobis.Sol.D.Dionyſ. ita eſt intelligendus; mors non eſt in nobis ſubſtantię partialis conſumptio; non enim forma corrũpitur, vt in brutis, cum deſinant eſſe: eſt vnitorum ſeparatio, ideſt non eſt vnitorũ conſumptio, non ſequitur propterea, quin aliqua entitas tertia deſinat eſſe.

Quantum ad tertium; tota illa particula in vnum ita breuiter, ac facilè redigitur; ſi omnia vnum ſunt continuitate, tunc habentur plura entia; quoniam continuum multa eſt entia; cum ſit in partes diuiſibile, & ſic contra eos, qui omnia ponebant eſſe vnum: multa, inquam, ſunt entia in potentia. Vide inſuper, Ariſt.6.phyſ. & 1.de Cęlo continui naturam explicantem.

Franc. de Mayranis 1.phyſ.t. t.17. t. 1. t. 3.

Verũ quę ponitur in principio predicamenti quantitatis, definitio ab aliis quomodo differat, alibi dicetur: hęc iam ſufficiant.

Dialectica

Dialectica non eſt alicuius generis vnius. Cap. 2. *1. poſt. t. 27.*

IDEM habetur 1. rhet. videlicet vtraque; .i. logica, & rhetorica de rebus tractat huiuſmodi, quę modo quodam ad notitiā cōmuniter omnium non ad vllam certam, prefinitamque ſcientiam pertinent. *cap. 1.*

Hoc in cap. propoſita loca dilucidabo primum. Diſcrimen inter logicam, & dialecticam ponam ſecundò. D. Thom. & Scotum; circa logicę ſubiectum; à recentiorum, quamuis grauiſsimorum uirorū, incurſionibus omnino deniq; liberabo. *D. Thom.*

Ad primum: duplicem ſupponitur logicam eſſe; videlicet vtentem, atq; docentem, quę diſtinctio ex dictis ipſius Ariſt. ita facile deducitur. Habetur 1. de ani. dialecticę definitiones vanę ſunt omnes: ratio; quoniam ex cōmunibus compoſitę mediū eſſe non poſſunt in demonſtrationibus particularibus in ſciētijs, ex proprijs quę procedere debent. Inde quoq; deducitur quòd duplex eſt ſyllogiſmus ſcietialis; alter, per quem inhabendo ipſum ſcimus; alter verò quo alijs vtimur in ſcientijs ob aliquam fidem, vel probabilitatem preſtandam; vt in Ariſt. verſato facilè patet. Legitur 1. top. methodum eſt in venire, per quam poterimus *4. met. t. 5. Scotus ibidem & in predicabi. q. 1. t. 11. 1. poſt. t. 5 & 19. cap. 1.*

mus

mus ſyllogizare de omni propoſito ꝓble-
mate ex principijs probabilibus; in quali-
bet, ſupple ſcientia; logica, igitur vtens,
cap. 9. ex Ariſt. negari non poteſt. Confir. 1. top.
ita inquit philoſophus, logica adminicu-
lans eſt ad aliqua talium ideſt alijs in ſcië-
t. 15. tijs vtimur ea: & 2. met. abſurdum eſt ſi-
mul quęrere ſcientiam, & modum ſciendi,
ideſt logicam, qua alias vtimur ad acqui-
rendas ſcientias. Quòd logica vtens non
ſit idem cum vſitata, vel applicita, ita de-
inde notificatur; logica vtens idem eſt ha-
bitus cum docente, dicitur autem vtens ad
actum vt exit ſecũdum, ideſt ad intellectus
noſtri alijs in ſcientijs operationes dirigẽ-
das: vel quoniam eſt quędam reflexio, qua
intellectus logicę per docentis mãdata de
finitiones, ac demonſtrationes alijs regu-
lat in ſcientijs, quę definitiones acceptę,
deinde, proprijs ſub terminis alicuius al-
terius ſcientię; peritia artis; vſitata, vel
applicita logica nuncupatur, ab illamet
ſcientia nullatenus differens realiter. Con
fir. iterum; quòd logica vtens inueniatur;
t. 5. per id, quod ſcribitur 4. met. u. circa idẽ
logicus verſatur, & metaphyſicus: vnde
habetur tres, diuerſo ſub reſpectu, ſcientias
inueniri cõmunes videlicet metaphyſicã,
topicam, & ſophiſticam. Prima enim circa
ens

ens verſatur ſimpliciter: ſecunda; vt illud eſt probabile; contemplatur: poſtrema vt apparens aſpicit. Conuenit ſecunda etiam cum prima; quoniam vtraq; aliarũ principia ſcientiarum à priori, vel à poſteriori probare conatur, modo iam declarato. Quòd inueniatur etiam logica docẽs, communem preter conſenſum, ex multis, ac varijs definitionibus, necnon demõſtrationibus, quas in logica conficit Ariſt. per quàm clarè habetur: & ſi lubet, confirma primò per Auer. dicentem; dialectica duobus modis vtitur: primò vt eſt inſtromentum, & ſic vtitur in alijs ſcientijs: alio modo, vt accipit illud, quod eſt in ea declaratum: ſecundò per Marſi. Fici. videlicet logica, apud Platonem, ſignificat artem regulas nominum, orationum, argumentationumq; diſponentem.

1. poſt. t. 41.

7. met. com. 2.

in Plato. Euthydẽ.

Quantum ad ſecundum; peritiſsimo viro ſi fides eſt adhibẽda Ioanni cuidam Nouiomago in prefatione ſuper Trapezuntij dialectica; facilè quod mihi ſuadetur; partem illam inueniendi, vbi precepta traduntur dialecticam vocat; eam verò, in iudicando quę poſita eſt, analyticam. Volunt alij promiſcuè Ariſtotelem logicæ, nec non dialecticę nomine vti, quamuis poſteriori frequentius, tamquam ele-

gantiori

gatiori. Quidam verò aiunt logicę nomē
epitheton eſſe; artis autem dialecticę no-
in prefat. menclatura. Ammonius actionis dialecti-
1. ſuper cam, inſpectionis logicam eſſe ſcribit; nō
Porph. ſecus ac rhethutica inter ſe, nec non elo-
quentia diſtant. Latini, vltimò, omnes
in hanc ferè ſeutentiam venerunt; vt logē
ca ſit facultas abſolutè, in vniuerſumqui
accepta; verum dialectica pars illa, quę to
1.top.t.12 pica nuncupatur, & ab Ariſt. tentatiua ſo-
2. poſt. t. let appellari; cum de principijs omnium
ult.4.met. aliarum ſcientiarum, ſicut dictum eſt, diſ
t. 5. putet probabiliter. Si modo ſecundo ſu-
matur; clariſsimum eſt ſubiectum ipſius
ſyllogiſmum eſſe probabilem; quantum
ad ſedes, in quibus vim habet, atque loca
tur. Remanet difficultas primo ſi ſumma
1.top.cap. tur modo.
7. Vbi D.Thom. redarguunt nonnulli; cum
logicę docentis ſubiectum ens rationis po
ſuerit: ipſe fortè videre nolens illud gram
maticę commune eſſe, atque rhetoricę; ob
idque logicę limites excedere; contra le-
ges, atque ſubiecti naturam. Pro D.Tho
ma dicitur primò; ens rationis duobus mo
dis accipi poſſe; latè videlicet, ac preſsè.
Si primo ſumatur modo, logica ſimiliter
ſecundum latiſsimam etymologiam acci-
pi debet, ideſt pro ſermocinali ſciētia; om

nes,

nes, quę ſermonem contemplantur, facultates amplectens: quo certè nullum ſequitur incommodum. Secundo autem ſi ſumatur modo ideſt pro ſecundis intentionibus, quæ rationis entia verè dicuntur; tunc logica ſumi debet pro facultate alijs à duabus, ideſt à grammatica, & rhetorica ſeiũcta; cuius ſiquidem munus eſt pręcipuè inſtrumenta ſciendi conſtituere. Secundò dicitur ſubiectum, vt communiter aiunt, duas habere partes; materialem ideſt rem conſideratam: & formalem ideſt modum conſiderandi, rem contrahens conſideratã, vt, ſic, limites videlicet conſtituens ipſi cõſiderationi circa rem aliquam, alteri conſiderationi ſubſterni quę valet. Tertiò, quòd propoſitiones, concluſioneſue ſpecificantur à pręđicato, vt ſi contingens, vel neceſſarium ſit illud, ipſæ quoq; & ſi phyſicum, vel metaphyſicum, etiam ipſę: inſuper, quando predicatum plures habet partes poſtrema formę locum tenet, atque ſpeciem pręebet. Iam D. Thomas hanc ponit concluſionem; ſubiectum in logica propriè ſumpta eſt ens rationis propriè ſumptum: quatenus ex ipſo inſtrumenta fiunt ſciendi ad intellectus noſtri operationes dirigendas. Prima predicati portio in loco, quem ipſi referunt, habetur videlicet ens autem

rationis dicitur propriè de illis intentionibus, quas ratio adinuenit in rebus conſideratis, ideſt in primis intentionibus; ſecundas intentiones appellatas; ſicut generis, ſpeciei, ſimilium, quę non inueniuntur in rerum nat. ſupple formaliter, & obiectiuè; cum ita ſint in ſolo intellectu; ſed vtique fundamentaliter: & huiuſmodi ens rationis eſt propriè ſubiectum logicę. Secunda pars infra paulò ponitur, videlicet. Secúdũ quidem, quòd eſt docens, habet conſiderationem de iſtis intentionibus inſtitués modum, quo per eas procedi poſsit ad concluſiones in ſingulis ſcientijs. Et quamuis de topica ibi verba propriè faciat; ad cętera nihilominus facilè trahitur eius ſententia; et per id clarè notum fit, apud eundem quod
on. 70. legitur in opuſcul. Entia rationis; quę in logica tractantur, non per ſe conſiderantur verum inſtrumenta vt ſunt ſciendi. Subſcri
1. tract. bunt ſe illi, ętate ſeniores quamuis exiſtãt,
met. cap. Auic. ſubiectum logicę ſunt ſecundò intellecta; per ea quatenus deuenimus ex noto ad ignotum, ideſt ignotum vt per notum cognoſcimus, ideſt vt ſciẽdi ſunt inſtrumẽta. Et Algazel. ſua ita inquiens in logica; ſubiectum logicę ſunt inſtrumenta ſciendi, &c. & hæc eſt vera eius ſententia & non illa, quam ipſi referunt; cum eum nunquam,

quam, niſi falsò relatum, viderint: alia quę dici poſsunt pro D. Thom. apud ſtrenuiſsimos, clariſsimosq; duces eius commodè videre vales.

Iam pro Subtiliſsimo Doctore; inter quem, & prefatum hac in re vnicum inuenio diſcrimen; non contradictionem, ſed quandam diuerſitatem quodammodò inſinuans. Primus logicam ſumit modo prędicto, ab Ariſt. vel à quocunque alio fuerit illa tradita. Secundus verò, vt ab Ariſt. pręciſè conſcripta, nec non in vnum eſt redacta. Fauet ipſi altera logicę etymologia: vt dicatur à lexis, & gica idest ſcientia de ratione, vel de argumentatione, atque diſcurſu. Dicent quamprimnm, argumentatio igitur, & non ſyllogiſmus, eſt ſubiectum in logica ab Ariſt. compilata. Sol. aduertere debebant Ariſt. dictum, pręter Scoti ſolutionem, u. quòd omnis argumentatio, quantum ad vim inferendi, ad ſyllogiſmum redigitur veluti menſuratum ad menſuram, ideſt ſicuti adperfectum imperfectum. Confir. per tex. vbi dicitur, quod in vnoquoque genere, & per conſequens *10. met. 9* argumentationum; datur vnum primum, *cap. 23.* quod aliorum eſt menſura, quę illo in ge- *2. prior.* nere continentur. Singula ponerem exempla, breuitatis affectu quę dimittuntur;

pro omnibus hęc duo vicem pręſtent. Omne animal rationale eſt riſibile. Petrus, igitur, eſt riſibilis. Robur accipit illatio; cũ Petrus animal ſit rationale, quod, totum, eſt medius terminus, in darii. Alterum; hic homo, iſte homo, ille homo eſt riſibilis, & ſic de ſingulis; vt aliorum ex conſuetudine loquar; ergo omnis homo eſt riſibilis. Hęc etiam argumentatio ita ſyllogiſmo regulatur; omne diſcurrrens eſt riſibile: hic iſte, ille, & ſic de alijs ideſt omnis homo eſt diſcurrens: ergo omnis homo eſt riſibilis, in barbara: hęc humanitatis gratia ſunt hoc in loco adiecta, vbi hoc etiam aduerſione dignum exiſtimo; quòd quamuis rhe-

1. poſt. c. 1. tor enthimemate, exemploq́; vtatur: non tamen ipſe huiuſmodi inſtrumentorum eſt inuenctor, & inſtitutor; ſed logicus. Vide

cap. 23. & 24. Ariſt. 2. prior. vbi ex proprio munere, vt ipſemet inquit, modum oſtendit quamlibet

cap. 6. conficiendi argumentationem: & 1. rhet. omnes oratores, cum aliquid dicendo probare volunt, exemplis, aut enthimematibus vtuntur: inquit, vtuntur, & non quòd ipſa conficiendi pręcepta conſtituant. Ad ipſorum iam, ne longius protrahatur ſermo, contra Scotum obiectiones deueniatur. Primò inquiunt, Scoti opinionem hac in re non eſſe recipiendam, quę ab ipſomet

auctore

auctore cum Sole clarior cuilibet ſanę mẽ
tis, illuſtriorq; reddatur, à me non eſt opus
vt ſimpliciter manu teneatur; dicere vtiq;
non deſinam eam maximè recipiendam eſ
ſe, cum preclariſsimi Viri olim receperint,
hodieque tueantur acerrimè: & iam illud *Ariſt.1.*
facilè quis amplecti debet, maiori ſapien *top.cap.1*
tum parti quod amplectendum videtur.
Ipſorum quinimò, eſt omnino reijciendum
iudicium, cum non vocatis aduerſantibus,
ideſt abſque vlla ſit ratione prolatum; con
tra philoſophi mandatum pluribus in lo- *8. phyſ. t.*
cis. Extremum lib. Elench. ſi vidiſſent, nõ *15. 1. de*
tam liberè loquuti fuiſſent, vbi dicitur; de *ani. t. 18.*
ſyllogiſmis autem nihil habuimus prius *de reſpira-*
ideſt quãuis alij egerint de alijs logicę par *tione cap.*
tibus; de ſyllogiſmis nihilominus tracta- *2.*
ctio nobis eſt tribuenda: & cum ſit epilo-
gus logicę totius ab ipſo traditę, ſignum
eſt euidentiſsimum, quòd immeritò Scotus
reprehenditur. Secundò aiunt Scotum nõ
benè loquutum eſſe ita verba proferentem; *ſuper uni-*
tractatio partium eſt in gratiam totius, *uerſ. q. 3.*
&c. opponunt .n. quòd res oppoſito modo *in corpo.*
ſe habet, ideſt tractatio totius eſt in gra-
tiam partium, & non è contra: confirmant
per dictum Ariſt. 1. prior. videlicet prius a- *cap. 5.*
gendum eſt de ſyllogiſmo, quàm de demõ
ſtratione, quoniam ille communior. Ad-

dere debebant t.57.primi phyſ.& 2. tertij multis alijs omiſsis. Sol.partes, hac in re, vel ſunt integrantes, componentesue; aut ſubiectiuę: primę in toto actualiter conti-
1.phyſ. t. 4. 1.poſt t.3.i prin. categori. ſub. 1.periher. cap. 5. nentur; ſecundę veró in potentia; duplex ideo,totum reperitur, ideſt actuale, nec nō potentiale. Primum ſolet aliquando totum definibile,quacunq; definitione nuncupari: ſecundum veró totum vniuerſale Duplex etiā inuenitur cognitio videlicet actualis,& potentialis; quarum vtraq; vel confuſa eſt, vel diſtincta. Confuſa actua-
1.poſt.c.1. lis habetur de toto actuali ſimpliciter appræhenſo, & non per ſuas partes; diſtincta verò, qua totum definibile per ſuas partes definientes apprehenditur; vt cum homo per animal rationale concipitur. Potentialis confuſa eſt, qua totum potentiale conſuſè opprehenditur ideſt partibus ſubiectiuis non appræhenſis; diſtincta autem,qua totum potentiale ex inferiorum cognitione cognoſcitur; vt cum ex hominis, ac bruti cognitione animal intelligo ex ipſis omnibus, noſtrum pænes intelligendi modū confuſa prior eſt diſtincta; cum prius rem confusè, quàm diſtinctè cognoſcamus.
1. phyſ. t.4. Iam dicitur, tractatio generis eſt in gratiā ſpecierum,ideſt cgnitio potentialis confuſa, vel generis, præçedit cognitionem diſtinctam

ſtinctã eiuſdẽ,quæ dependet ex tractatione atq; ſpecierũ cognitione:&hoc inquitScò tus aliorũ non indigẽs cõmendatione.Con fir. per Ariſt. 1. poſt. & 1.de Cœl. videlicet ad habẽdam exactam cognitionem aliqua de re opus eſt cognoſcere principia ideſt partes eius componentes : paſsiones ideſt proprietates : nec non partes; adde, ſubiectiuas. Non video igitur, quo nam modo ſyllogiſmi in communi diſtincta poſsit haberi cognitio, antequam eius partes optimè ſint cognitæ, quamuis originatiuè,ſecũ dum noſtrum cognoſcendi modum ideſt ſuppoſitiuè, i nutilis ne fiat repetitio;vel ne per oſcura incedamus; ſyllogiſmus in com muni prius,in ſpecie deinde ſit cognoſcendus. Confirmatur iterum;ars naturam imitatur, quæ natura ſicut in componendo à partibus ad totum procedit, & in reſoluẽ doà toto ad partes; ita & ars, vel ſcientia; & ideo duplex eſt methodus in ſcientijs,quibus principaliter, & perpetuò vtitur Ariſt. videlicet compoſitiua, & reſolutiua; quam uis diuiſiua vtriſque prędictis inſeruiente. Vnicum pro ſingulis,& clarum ſufficiat exẽ plum. In 2.enim de anima primò Ariſt. inueſtigat partes componentes definitionem animæ in communi;diuidendo ſubſtantiã, &c. qua defin itione habita, nec non expli-

t. 1. *5. met.ca. de prior.* *2. phys. t. 22.* *a t. 2. uſque ad 8. t. 12.*

cata, paulò infra hæc verba dicit;non enim ſolum quia oportet difinitiuam rationem oſtendere, &c. vbi incipit vti methodo reſolutiua ideſt inueſtigare,cauſam , propter quam anima ſit actus corporis, &c. cõtemplando quamlibet ipſius ſpeciem : eſt; igitur tractatio partium ob totius diſtinctam, exactamque cognitionem. Opponunt ſecundò; ſyllogiſmus non complectitur definitionem,alterum inſtrumentum ſciendi, de quo agitur in 2. poſt. ergo non eſt logicæ adæquatum ſubiectum. Sol.inquit Scotus in primis, communi cum Latinorum, atq; grçcorum ſcola, quód in 2. poſt. agitur de diffinitione, non vt ſic, cæterum vti de medio demonſtrationis Secundò;quòd non ſolum demonſtrationis ad uſum; verũ ſyllogiſmi etiã topici definitio redigitur, quo pacto in Ariſt. logica conſideratur:vi-
t. 5. de 2. poſt.&6. top. vbi dicitur; idem ſunt quid eſt, & propter quid eſt : & à definitio
cap. 2. ne ad ipſum definitum, è contrauè, dummodò conuertantur; valet conſequentia. Tertiò reaſſumunt arg. Scoti; germanam, tamen, ſeu veram non afferunt ſolutionẽ, quæ ita ſe debet habere. Syllogiſmus, quo ad paſsiones immediatas, eſt ſubiectum lib. priorũ : reſpectu verò paſsionum indifferenter, ideſt mediatæ, ſiue immediatæ ſint

illæ

illæ, eſt totius logicæ ſubiectum. Vel; maior eſt falſa, ideſt nihil eſt ſubiectum totius, & partis: & rationem falſitatis reddit ipſemet Scotus, & optimam. Aiunt poſtremò idem eſt ſyllogiſmus totius, & partis ſubiectum, etiam ex ipſo Scoto, cum de illo ſit ſermo, qui definitur, & de quo proprietates oſtenduntur. Sol. idem ſyllogiſmus, realiter ſumptus, ſubiectum eſt totius logicę, & lib. prior. diuerſa tamen ſub ratione; videlicet; ſi conſideretur ſyllogiſmus, qui definitur 1. priorum, quantum ad proprietates, quę ipſum inſequuntur tam ratione materię, quàm ratione formę: vel reſpectu conſequentis, ſicut conſequentię; ſubiectũ eſt totius logicę: ſiverò conſideretur ex parte formę ſimpliciter, vel reſpectu neceſsitatis cõſequentię ſolummodò; ſubiectum eſt lib. priorum; ita ſentit, ac optimè Scotus. *cap. 1.*

Manifeſtum

1.phyſ. t. 36. Manifeſtum, igitur, quoniam impoſsibile eſt carnem, aut es, aut aliquod aliud quã tumcunque eſſe magnitudine aut in maius, aut in minus.

Cap. 3.

t. 41. HORVM ſenſus verborum habetur apertiſsimè 2. lib. de ani. videlicet Omnium natura conſtantium certus eſt ter minus, & ratio magnitudinis, & augumen ti. Rationem reddit D. Thomas videlicet; *1. phyſ. cõ. 36. 2. de ani. cõ. 41* ſicut enim cuilibet ſpeciei debẽtur aliqua accidentia propria; ita & propria quantitas; licet cum aliqua latitudine propter di uerſitatem materię, & alias cauſas indiuiduales; non enim omnes homines ſunt vni us quantitatis. Attamen eſt aliqua quanti tas tam magna, vltra quam ſpecies humana non porrigitur: & alia quantitas tam parua, vltra quam homo non inuenitur. Vel; quamuis corpus mathematicum ſit in infinitum diuiſibile; naturale tamen minimè. In mathematico enim non conſideratur niſi quantitas, vbi nihil inuenitur diui *11. met. cap. 1.* ſioni repugnas; in naturali verò corpore inuenitur forma naturalis, quę determinatam requirit quantitatẽ, ſicut alia accidentia. Vnde non poteſt inueniri quantitas in ſpecie carnis, niſi infra aliquos terminos

determinata. Verum, pro clariori notitia, hęc breuiter examinabitur quęſtio: an res naturales determinatum habeant termi num magnitudinis, ac paruitatis? Ita procedam; primò rem intuebor in communi: deinde in ſpecie, vel in particulari, ideſt an detur maximus homo, quo maior non poſ ſit inueniri: & minimus, quo minor nequeat reperiri? ideſt an gigantes; in ſpecie hu mana, & pygmei reperiantur? Quantum ad primum, pro parte affirmatiua recentiunculi ſimpliciter ponunt concluſionem affirmatiuam; in facto eſſe. Eandem poſuit ante ipſos, alijs omiſsis, grauiſsimus philoſophus Vincentius de Madijs: & me lius probat, quàm ipſi. Ipſe autem, reſpe ctu magnitudinis, hanc primam pono con cluſionem. Res viuentes determinatum habent magnitudinis terminum: patet per Ariſt. locis ſuperius enarratis. D. nunquam vidimus dari hominem magnum inſtar mõ tis, nec tam paruum, vt eſt Formica; id, quod etiam cęteris in uiuentibus experientia docet: viuentia, igitur ab ipſa natura determinatę ſunt quantitatis ſecundum magnitudinem. Sit aſſertio ſecunda; non viuentia, ex natura ſua, carent magnitudinis termino. Prob. dicitur enim 2. de ani. quod ignis in infinitum creſceret, infinita

2. de ani. com. 41.

t. 41.

ſiei

ſi ei applicarentur conbuſtibilia; quod cer tè falſum eſſet, ignis ex natura ſua ſi certam ſibi magnitudinem vendicaret. D. ibidem Ariſt. clarum diſcrimen ponit inter viuẽtia & ignem videlicet quòd illa determinatum habeant augumenti terminum; quo tamen ignis caret; quoniam, vt apertè inquit in infinitum valet augeri. Tertia con cluſio; nulla res naturalis, ordine vniuerſi ſeruato, poteſt eſſe quantęcunque magnitu dinis; quãmuis, à ſua natura, quibuſdam quantacumque magnitudo non repugnet. Prob. quoniam, ſeruato vniuerſi ordine, cor pus omne Lunę intra orbem contineri debet. Oppo. & primò; ad formam ſubſtantialem accidentia ſequuntur nonnulla; interquæ reperitur quantitas: cum autem ad formam determinatam determinata ſequãtur accidentia, determinata etiam ſequitur quantitas; verum omne corpus naturale determinatam retinet formã; ergo & quãtitatem. Sol. quantitas certè compoſitum conſequitur; non ratione formę tantum; ſed etiam ratione materię; ideo conſequentia nulla; & cum dicitur; ad formam determinatam, &c. totum conceditur; dummodò illa accidentia ſubiecto conueniant pręcisè ratione formę. Secundò, determinatam quę habent virtutem ſecundu m

Dominic. de Soto. 1. phys. q. 4. ar. 2. Con. 2. conclusi. Gon dá. 1. phys. q. 16. Ferarien. 4. con. gen. cap. 11. & 12.

magni-

magnitudinem, etiam determinatam obti nent quantitatem iuxta magnitudinem: ac ens omne naturale eſt determinatę virtutis igitur & determinatę quantitatis. Minor eo nota eſt; quoniam ens quodlibet naturale determinatam habet operationem; ita vt maiorem habere non poſsit: ſed operatio determinata eſt à determinata virtute: ens, igitur, naturale omne determinatam habet virtutem. Maior per illud fit clara; quoniam virtus magnitudinem ſequitur eo pacto, vt in maiori magnitudine maior ſit virtus, ac fortior; & in minori, cęteris paribus minor pręcipuè in ſimplicibus corporibus, quę minus videntur eſſe determinatę quantitatis; aſpicimus enim in maiori igne maiorem eſſe quantitatem virtutis, ideſt maiorem caliditatem. Sol. maior eſt falſa, ſi verba fiant de virtute determinata reſpectu intenſionis. Quamuis enim donec peruenctum ſit ad poſtremã virtutis maioris ignis intenſionem, maior ſit caliditas; ſi cętera ſint paria, id non requiritur tamen cum ad ſummum peruenctum eſt; tunc enim valet quantitas augeri; quamuis caliditas intenſiuè non augeatur. Ratio autem eſt; quoniam ignis augetur per iuxta poſitionem, applicatam materiam de nouo; quę verò, hoc augentur modo non eſt opus vt ſecundum

dum

1. *de gen.* dum totum augeantur; cum hoc viuen-
t. 35. tium ſit peculiare, quæ non niſi ſecundum partes omnes augeri poſsunt proportionabiliter : & iam clarum eſt ignem augeri poſſe per additionem nouę materię; quãuis prima pars non augeatur. Immo fieri poteſt, vt ignis intendatur caliditas in materia de nouo addita; remiſſa interim in priori parte; vt experientia clarè docet. Tertiò, conditionalis non ponit in eſſe:nõ ſequitur; ergo; ſi conbuſtibilia infinita igni apponerentur, ipſe creſceret in infinitum, maximusq́; ſucceſsiuè, ac paulatim euaderet. Sol. ita loquentes ab Ariſt.diſſentiunt dicitur etiam ad illam vulgatam propoſitionem; quòd ipſa veriſsima eſt reſpectu antecedentis, non autem conſequentis. Quamuis, igitur, fieri nequeat vt infinita apponantur conbuſtibilia; eſto nihilominus quòd apponantur, neceſſariò ſequitur ignem in infinitum augeri illis iam conbuſtibilibus in ignem conuerſis. Quartò;apponantur ergo illa conbuſtibilia,ac in ignẽ conuertantur; ipſe iam vel cęlum ſuperabit, vel hęc inferiora omnino occupabit.
4. *phys. t.* Sol. dicunt aliqui, quòd loca elementorũ;
42. 1. *cæli.* dum ipſa ſunt in ſua naturali diſpoſitione;
t. 17. *&* 18 determinata ſunt etiam ſecundum ſuam diſtantiam circa cęlum, ac mundi centrum:

ſi ignis,

ſi ignis, igitur, ille infra illam creſceret diſtantiã ideſt verſus centrum;cum ſupra fieri nequeat,ideſt ſupra cælum; tunc fieret eius locus preternaturalis, quod ipſi pro nullo iudicant abſurdo. Ergo ignis ille deſcenderet, contra ſui naturam. Ita, ſoluentes, in propoſito, facilè concedunt; ipſe autẽ dicerem ad hoc; quòd duplex appetitus in igne reperitur videlicet genericus, ideſt vacuum euitare: & ſpecificus ideſt ſurſum tẽdere: & quoniã genericus natura eſt ſpecifico prior; ideo, ſi fortè remoueretur aer, ignis naturaliter deſcenderet ſe rarefaciendo, vacuum ne daretur. Ad aliud verò; quòd igni ſimpliciter, ac abſolutè conſiderato, vt in tertia dicitur concluſione, minimè repugnat vt ipſe in infinitũ ferè augeatur: vtique ſi certam prefinitamque vniuerſi partem occupare debet; ne mira ſuauis, & ordinatiſsima illius diſpoſitio aliquo pacto perturbetur. Denique non eſt arbitrandum, quòd remoueretur aer per condenſationem,vel in aquam cõuerſionem,& ignis ad euitandum vacuum deſcenderet, quòd motus ille fieret in inſtanti; quoniam,ſicut ſucceſsiuè condenſaretur aer, ita ignis rarus fieret, atq; dilataretur; ita vt nec minimum ſpacium, non plenum, inter ipſos reperiretur. Oppo. contra primam aſſertionem

8. phys. t. 15. & 1. metheor. cap. 2.

tionem

tionem: ſi eſſet dare maximam quantitatē, ſub qua homo poteſt eſſe, & ille ſit Sor. qui per lęſiouem, ac verberationem poteſt tumeſcere: & cum tumeſcit fit abſque dubio maior quantitas, igitur, data maxima non erat, ſub qua poterat eſſe homo. Sol. Alb. de Saxonia 1. phys. inquit, quod arg. con-
q. 11. ſuper t. 38. cludit verum; propterea inſolutum dimittitur ab ipſo: ſed quoniam ita dimiſsū aſſertionem deſtrueret; propterea dicitur; quòd Sortes tumeſcens fit maior; ergo datur maius maximo: conceditur, cum nullum ſit inconueniens in rebus pręternaturaliter diſpoſitis; aſsertio verò intelligitur de rebus naturaliter diſpoſitis. Et hęc circa primam partem quæſtionis videlicet an detur maximum; iam eſt altera conſideranda, id eſt àn minimum inueniatur?

Hic terminorum primò declarationem apponam: Secundò concluſionem ad mentem Scoti; tertiò ſatisfaciam obiectis; nec non rationes eius tuebor à recentiunculis. Circa primum; tam maximum, quàm minimum duobus modis intelligi valet videlicet ſimpliciter, et abſolutè: vel in genere. Secundò; maximum in genere iterum duobus accipitur modis videlicet affirmatiuè, aut negatiuè; cum enim dicitur; eſt maximus homo, intelligitur, quòd nemo

eſt

eſt maior eo; vel quòd omnibus eſt maior: ita de minimo; vel enim ita minimum eſt, quo nullum ſit minus: vel quòd ipſum potius omnium ſit minimum. Tertiò; vel de maximo minimoq; per ſe loquimur exiſtentibus, aut aliis inhærentibus. Quartò de vtroq; loqui poſsumus excluſiuè, ac incluſiuè. Quintò dupliciter de iiſdem poteſt excitari quæſtio; intenſiuè, ſcilicet, ac extenſiuè; quæ omnia ſuis in locis, pro argumentorum ſolutionibus, paulò infra declarabuntur. Vltimò; vtrumquè vel reſpicit cauſam intrinſecam, vel extrinſecã; quod ſimiliter notum fiet infra. Quantum ad ſecundum; non datur minimum naturale, ideſt forma ignis, vel aquę poteſt exiſtere ſub quacunquè quantitate, in infinitum minori. Pro tertio opp. primò; forma ſubſtantialis non introducitur, nequè conſeruatur, niſi precedentibus in materia certis diſpoſitionibus: at inter alias diſpoſitiones, quantitas eſt omnium prima; cum ſit qualitatis fundamentum: forma, igitur ſubſtantialis, non in quacunquè, verum in certa recipitur quantitate. Confir. ſecus vana eſset actio naturę in augẽdis dimenſionibus aquę pro aeris generatione. Sol. homeogeneum, vt eſt caro, vel os, & c. generatur ſucceſsiuè per partem poſt partem;

Scot. 2. ſ. d. 2. q. 9.

2. phys. t. 26. & 2. de ani. t. 24.

quamuis generatio cuiuslibet partis fiat in inſtanti, alteratione ſecluſa; vnde fit, vt forma carnis, ac ſimilium, cum ſit etiam diuiſibilis, nō educatur de tam modica materia, quin de minori materia minor quoquè forma carnis educi poſsit: non datur, ideo, minima materia, nec per conſequens minima quantitas, ſub qua caro generari poſsit; cum ſemper adhuc minor dari queat; & minores aliç diſpoſitiones, per quod ſoluitur etiam confir. ad Ariſt. paulò infra dicetur. Oppo. ſecundò; in quātauis magnitudine parua ſi poſset ignis generari; fieret, quòd priuſquam genitus eſset in aliqua parte materiæ, in alia minori habuiſſet eſſe; quarè, non per primum ſui eſſe; cęterum per vltimum ſui non eſſe incepiſſet, quòd apertè implicat. Illatio prima ita fit clara; ſit pars materię, a, in qua primò eſſet, anteaquam non erat, cum illa ſit diuiſibilis, iam prius eſſet in parte ipſius, quam in tota, vel in toto, a, Secunda ſic manifeſtatur; quoniam pars dari non poſſet, in qua primò eſſet: quæ autem ita ſe habent per vltimum ſui non eſſe incipiunt neceſſariò. Sol. pronunc eodem ferè dicitur modo videlicet generatur minimus ignis in minima quantitate, qui per generationem partis poſt partem fit

2. phys. t. 26. 2. de ani. t. 24.

maior

maior ſucceſsiuè in maiori quantitate; ita vt ipſe tamen remaneat, accedentes verò partes, cum eo quæ vnum fiunt, per vltimum non eſſe alterius videlicet ligni, primum eſſe ignis recipiunt: quod etiam de minimo igne, initiatiuè, dicendum eſt; qui licet minimus dicatur, inſpectis partibus accedentibus, quibus maior euadit; non tamen reſpectu recedentium, quibus minor effici valet: idem ponitur in materia, vel quantitate ad indiuiſibilitatem, vel diuiſibilitatem habito reſpectu. Oppo. tertiò; res non poteſt eſſe ea ſub quantitate, in qua nequit operari; cum ſine operatione nullum reperiatur eſſe; ad operationem autem certa requiritur quantitas in paruitate; quare ad ipſum etiam eſſe. Sol. minimum in fieri conſiderari poteſt, in facto què eſſe: primo modo determinatam non exigit quantitatem; cum eſſe non habeat determinatum, nec operari; ſecundo modo vtiquè. Oppo. vltimo per textus in principio poſitos. Sol. dicitur ad primum, quòd ibi ſit ſermo ad hominem, ideſt probabi. cont. Anax. Vel; quòd minima datur caro non tendens ad corruptionem in medio ad id ſpecialiter circumſtantionato, videlicet poſito quòd aliqua ſit caro in potentia, velut: 2. & in medio ſibi contrario

Auer. 8. phys. com. 15.

vt ſecūdo ſimiliter: tunc minima caro manet in eo medio non tendens ad corruptionem; ex quo tanta eſt eius vis, & reſiſtentia, quanta eſt actiuitas medij circumſtantis; quod pro caſu ponatur ad veritatem inueniendam de more Ariſt. Verum quacunque carne data minori, ipſa non maneret in tali medio abſquè ad corruptionem tendentia, quò excederetur à medio: caro igitur prior data, erat minima manere potens in medio tali, niſi tunc alia concurrerent eius ad corruptionem ſine tendentia ad corruptionem. Ad ſecundūm verò dicitur, ſicut ſuperius dictum eſt in prima, atquè ſecunda concluſione. Vel; quòd philoſophus ibi loquitur comparatiuè, videlicet quòd viuentia determinatam habent quantitatem; ignis autem cum ipſis collatus in infinitum creſcere videtur, ſi combuſtibilia apponantur, ideſt non quòd re vera ignis in infinitum creſcat, ſed, cum reſpectu viuentium in exceſsu notabili creſcere videatur, ideo in infinitum augeri dicitur. Vel, & fortè melius, ad remq; magis; ignis, & alia elemēta habent rationem materię; rationē autē formæ limitatio: cū igitur habeāt rationē materię determinatā figurā ſibi nō decernūt, ſecus ad mixtionem cōcurrere nō poſsēt, & hac de cauſa ita dixit

xit phi. Quãdo verò inquit; õniũ natura cõſtantiũ &c. per natura conſtantia intelligit ſolida,&nõ fluẽtia,cuiuſmodi sũt elemẽta; nã terra etiam in ſui naturali diſpoſitione fluit;cũ ſit puluis. Ad explicationẽ D.Thomę dicitur,quòd formæ naturalis ad productionem,nec non conſeruationem,quantitate intimior eſt qualitas; cum illa ſit ſolum neceſſaria, vt forma per ſe reperiatur, & exiſtat; de materiali loquendo; hęc verò ſimpliciter ideſt reſpectu etiam formę alteri inexiſtentis. Propterea dicitur etiam quòd licet non reperiatur medietas minimę carnis per ſe ſubſiſtens, quin tamẽ inueniatur medietatis medietas minimę carnis,quę verè ſit caro, nequit affirmari. Quarè aliud eſt, quòd non detur minima caro, per ſe exiſtens; & aliud quòd in ipſa non ſit forma carnis;vt eſt iam declaratum, primum conceditur D.Thomę; ſecundum pro Scoto negatur apertè.

Immo dicitur pro eodem,quod illi opponentes non ſedulò rationes, nec ordinatè referunt; vide, igitur, apud ipſum, & optimè contemplare, ne decipiaris; arduum enim & per difficile eſt ingeniũ Scoti capere atqui bene percipit tutus euadit. Ipſe autem aduerſantium ſolutiones, abſquè rationum repetitione, inanes reddere

Tolet. 1. conabor. Quando dicunt, igitur, ad pri-
phyſ.q. 9. mam, quòd omnis forma quantitatem pe
tit, &c. dicitur, vt ad tertium dictum eſt ſu
pra; per quod etiam ſecunda de medio tol
t. 91. litur ſolutio. Confir. per dictum in 6. phyſ.
videlicet augumenti quidem terminus eſt,
qui eſt ſecundum propriam naturam perfe
ctę magnitudinis, decrementi, qui eſt ab
hac remotio; vnde diſsimilis ratio, vt
ipſi aiunt, non eſt vtriuſquè. Dari, D. mi
nimum dupliciter intelligi poteſt via ſcili-
licet generationis, & corruptionis: primũ
conceditur, ſecundum negatur. Confir. per
tex. 32. 6. phyſ. videlicet dico autem in
quod mutatur primum ſecundum mutatio
nem; vt ex albo inſuſcum, non nigrum:
non enim neceſſe eſt quod mutatur in quo
cunq; vltimorum eſſe; cum, ſupple, non
detur: & per tex. 39. 1. phyſ. videlicet quo
niam non eſt minima magnitudo, vt Anax.
ponebat; ſed ex quolibet poteſt aliquid au
ferri. Tertia euaneſcit, ſolutio per tex. 23.
8. phyſ. videlicet quia diuiditur diminutio
in infinitum. Dicitur etiam non dari par
tem in qualibet paruitate exiſtentem vide-
licet aquę, dupliciter contingit, ideſt ob ſui
naturam, vel per accidens, ideſt ambientis
ob repugnantiam: ſecundum conceditur;
primum verò negatur; cum homogenei
forma

forma eadem ſit ſingulis in ſuis partibus, extenſaquè quantitatis ad extenſionem ; vnde ſicut huius nequit minimum aſsignari, ita nequè illius; quandocunq; enim duo ſunt omnino inſeparabilia, eiuſdemq; proſus conditionis, quicquid vni, alteri etiam contingit. Per eadem ferè quarta diluitur ſolutio. Accedit non ęqualem eſſe rationem cęli, & elementorum ; cum ſit primũ conſtans, alia verò fluentia, vt eſt iam dictum. Iterum accedit, quòd cęlum non conſtat ex materia, & forma contrarium habente, ſicut elementa ; non ęqualis, igitur quantum ad diuiſionem, eſt omnium aſsignata ratio. Vltimò ; non eſt eadem conditio de proprietate, quę coniunctum ſectatur, vt eſt indiuiſibilitas reſpectu cęli; de forma ſimpliciter accepta, quę ; vt expoſitum eſt ; quantitatem ſibi non determinat. Quinta remouetur ſolutio per idem, quod eſt dictum ad ſecundam. Prætereà; dari minimũ in genere, ideſt reſpectu agẽtis, & actiuitatis ſphęræ conceditur ipſis ; dari tamen ſimpliciter, & abſolutè, negatur. Ratio autem eſt ; quoniam elementi materia de ſe interminabilis eſt : forma immediatè quantitate comite in infinitum diuiſibili eidem vnitur materiæ : quare, ſaltem de poſsibili, non dari minimum in

elemẽtis, eſt apertiſsimũ. Inſuper datur minimũ incluſiuè: non autẽ excluſiuè. v. poſsũ portare cẽtũ libras; & nũ cẽtũ, & vnã, quod eſt minimũ incluſiuè: at ſi pódus dictarũ librarũ in infinitũ diminuatur, ſẽper facilius ferre poſsum; & eſt minimũ excluſiuè. Vltimó agens in actu requirere determinatam materiã ad formã introducẽdã cõceditur; ſecus in via reſolutionis, ac deſtructiuè.

8. *de bi. ani. ca.* 12. *lib.* 23. *de animal. c.* 24. *De perem. phi. lib.* 9. *cap.* 28. *t.* 32.

Quãtũ ad ſecũdũ in quęſtionis veſtibulo propoſitũ; primò ſupponitur; gigãtes, atq; pygmeos, olim ſaltẽ fuiſse; vide Ariſt. ita dicẽtẽ, grues pugnare cũ pygmeis dicũtur, nõ.n. hæc fabula eſt, ſed res certa; & Alb. Mag. eos vltra Nilum habitare affirmantẽ; Vide Syponcinum, & Auguſti. Steuch. qui de gigantibus auctoritate Homeri fidem faciũt. Secundò ſupponitur; quód ſolus homo arte, & ratione viuit; 1. met. in proe. & 2. de ani. dicitur, quòd homini, præter ſenſus, ineſt ratiocinatio; propter a de futuris conſilium capit. 1. peri her. cap. vlti. Tertiò ſupponitur; quód aliquis poteſt dici verus homo per ſolam animam rationalem corpus ſubſtantialiter informantem, quamuis nõ perfectus circa magnitudinem ob extrinſeca impedimenta, precipuè aeris ambiẽtis, uel regionis. Quartò differentia ſpecifica non ſumitur à materia, vel quantitate;

2. de. ani.

ſed

ſed à forma. Quintò quandocunq; inuenitur in natura vnum extremorum, etiam alterum, ac medium inueniuntur; cum ordinis, atq; proportionis natura ſit cauſa. Vltimò; ſpecies humana eſt atoma, quare omnes homines vnius ſunt rationis, & eſsentię. Iam dicitur; gigantes & pygmei verè ſunt homines; deducitur ex prędictis, cõfirmatur etiam; quoniam loquuntur quamuis imperfectè, vt ceteri homines barbari; vt Strabo inquit videlicet omnes craſſè, vel impeditè loquentes; adde dummodò à natura, vt pygmei; barbari nuncupantur. Non ſequitur propterea; pygmei loquuntur imperfectè, non ſunt igitur homines, quibus tantum perfectus, imperfectuſue ſit ſermo, traditus eſt a natura. Pręterea; rectì incedunt pygmei, ſunt, ergo, homines: ab aliis conceditur etiam antecedens: tenet illatio; cum ſolus homo rectus incedat; per hęc videlicet. Pronaq; quum ſpectent animalia cętera terram; Os homini ſublime dedit. Pygmei.d. agũt à propoſito; quare homines dici debent: clara eſt conſequentia, eo notum ſit antecedens, quoniam equitant, conſultant, caſtra ſimul inſtituunt, necnon caſas ędificãt; vnde ciuilem, vt nos; ſaltem ſecundum quid, vt multi alij barbari, quos omnes

2.*cæl.t.*18
8.*phys.t.*
15.

Philo.Iudę de ſomni.

*Oui.*1.*metamorph.*

homines

homines admittunt; uitam agere uidentur: uide Alb. Mag. lib. 2. de ani. & ipſum Plinium hac de re multa dicẽtes. D. inquiẽs Ariſt. rem certam eſſe grues cum pygmeis certare, admiratione captus verba protulit huiuſmodi, innuens ualde mirum eſſe tam paruos dari homines, vt etiam aues cum ipſis bellum agredi non formident. Nec obſtat, ſi dicant aliqui ſimiarum genus eſſe pygmeos; omiſſo enim in re dubia, probabiliq; huius, illiuſue doctoris nullam adibere fidem parui eſſe momenti; conceditur primo quantum ad oris fortè omnimodam ſimilitudinem regionis ob aſperitatem, vel cauſam ob aliam extrinſecam. Vel; quoniam pilijs abundant, nudi ſe cuſtodiunt, propterea, ut ſimiæ, indumentis cum non egeant, & crudis rebus, vt illę veſcantur, tali nomine ſatis remotè, ac æquiuocè initiantur. Vel; eandem propter feritatem, quę omnia nouę cũ nauigationis uiri multis in alijs, inueniſſe teſtentur, vt eſt facilè videre; de quibus in dubium non reuocatur, homines ne ſint; non aſpicio de pygmeis cur nequeant idem exiſtimari. Neq; officit quòd iuſtitiam actualiter non colant; vel quod ratione perfectè ac ſimpliciter non vtantur, quoniam forma, vnde res habet eſſe cum denominatione,

tract. 1. c. 6. & Plin. lib. 7. c. 2.

Porph. ca. de differ.

ne, multoties non operatur ob alterius partis impedimentum, vt in fatuis experimur. Vide Ariſt. 1. & 2. de ani. dicentem, videntur autẽ & omnes affectus animę cum corpore eſſe; vt miſericordia, manſuetudo, amor, &c. Inſuper; quod ex hominibus ob organorum, uel complexionis meliorem, peioréme diſpoſitionẽ melius unus, quam alius diſcurrit; quomodo dicere ualemus rationale ſuſcipere magis, & minus D. hic actus dicitur dupliciter; alius quidem ſicut ſcientia. l. primus dans eſſe; alius autem ſicut conſiderare idéſt ſecundus, qui non poteſt eſſe ſine priori, quamuis ille ſine hoc. Nullo, inſuper impedimento eſt, ſi dicatur; ad rempub. gerendam idonei non ſunt: homines igitur dici non debent. Negatur enim conſequentia per tria Ariſt. dicta. Primum eſt; maſculus, & fęmina proprię animalis ſunt paſsiones, ſed non ſecundum ſubſtantiam; verum in materia & corpore ideſt materiales differentię ſpecie differrę non faciunt. Secundum; pueri, ob ineſperientiam, reipub. pręeſſe nequeunt: de quibus clariſsimum eſt, quod ipſi ueri ſint homines, cum realiter à ſeipſis non differant uiris effectis, & ad rempublicam, ob experientiam, undę pruden tia emanat, gubernandam idoneis. Tertium;

t. 14.
t. 6.
10. met. t. 25.
6. Ethic. cap. 8.

3.polit. tium; à mulieribus malè ciuitas gubernatur: quas conſtat etiam homines eſſe. Deniq; nullum affert incommodum; religionem non cognoſcunt, ergo non ſunt homines. Negatur ſimiliter conſequentia; quoniam religio, utcunque, propria eſt ipſius hominis, non ſimpliciter, ſed indebita naturali diſpoſitione conſtituti; unde multis etiam homunculis paruitate ita nũcupatis, & baptizatis, ob diſcurſus, ac religionis carentiam alia nonnulla non tribuuntur ſacramenta: & Protagoras philoſophus Deum eſſe negauit; negatur etiam antecedens, cum experientia, uel alio modo non ſit clarum. Hęc probabiliter, ui ingenij, de tali re dicta ſint.

1.reth.c.4. Si quis Dialecticam, uti ſcientiam ornare tentauerit, eius naturam corrumpet.

Cap. 4.

HÆC eſt ibi uera philoſophi ſententia, uidelicet ſi quis rhetoricam, dialecticamue tentauerit ornare, ideſt conſtituere; non ſicut artes ideſt facultates ratiocinatiuas; at ueluti ſcientias, ac ſi propria principia de rebus ipſę agerent, illarum certè naturam deſtruet. Quo etiam in lo-

co

eo dialectica ſumitur quadam pro logicę parte, topica nuncupata, atq; utente. Scri bitur ab eodem 1. rhet. & à Platone rheto ricam dialecticę ſimilem eſſe ſupple quan tum ad uſum in rerum conſideratione: uel oppoſitam reſpectu modi procedendi, rei- ue cõſideratę, ſeu pręceptorũ inſpecta mol titudine; quare Zeno manu rhetoricã dilatata, Dialecticã uerò compreſſa, figurabat. *cap. 1. in Parme. & 6. de repub.*

Pro rei, tamen clariori notitia, diſcu- tietur breuiter; an logica ſcientia ſit prò- priè, atq; ſimpliciter dicta? Qua in re illa ſolummodo ponam in medio cum ſolu- tionibus, que à recentioribus tandem con tra Scotum ponuntur. Vltimo eiuſdem fundamenta, rationeſq; dilucidare tenta- bo; nihil prorſus apponendo ex ijs, ab Il luſtriſsimis quę de eadem re ſunt iam di- cta, memorięq; tradita. *q. 1. ſuper Porphy. Vide .D. Thom. 4. met. t. cap. 5.*

Quantum ad primum; dicens logicam ſcientiam eſſe rationalem in apertam inci dit nugationem; cum idem logicum ſit, atq; rationale. Sol. rationale multis ſumi tur modis: primo pro eodem, quod eſt ra tione utens; ubi, homini cum ęquipolleat; comitanter, uel ratione idemptitatis; in predicamento ſubſtantię locatur, logica uerò in ſpecie prima qualitatis. Secundo ſumitur pro intellectuali, quod eſt commu *1. met. in proem.*

nius diſcurſiuo, ſeu rationali; ſuperius pro priè ſumpto; & ſecundum quandam analogiam de Altiſsimo de Angelis, poſtremoque de hominibus verificatur. Ita fortè, Porphy. intellexit inquiens ſumus rationales nos, & Dii: falſò tamen plures Deos inſinuans inueniri; quamuis enim tres perſonæ ſint in Diuinis, quarum quelibet eſt id, quod Deus; non tamen tres; ſed vnus eſt Deus. In confirmationem vide D.Bona. videlicet quòd rationale vno modo dicitur quod habet potentiam diſcernendi bonum à malo, verum à falſo: & & ſic Deo, & creaturę conuenit. Alio modo quod habet poten tiam diſcernendi per inquiſitionem, & collationem, & diſcurſum; & hoc eſt proprium animę coniunctę carni. Tertiò ſumitur in ordine ad obiectum, quod eſt ens rationis contractè ideſt ex quo inſtrumenta ſciendi conficiuntur ad rationis ideſt, intellectus noſtri operationes dirigendas; vti certè logica abſq; ulla nugatione rationalis dici valet; eſto quòd in vocabuli vi idem ſignificet, quod ratio diſſerendi, vel ratiocinandi, vt dictū eſt; nec mihi diſplicet ratiocinatiuum rationali, vt in propoſito, communius eſſe. Ad idem; ſicut notitia de ente reali ſcientia dicitur realis; ita cognitio de rationis en-

cap. de diff.

lib. 1. ſent. d. 25.

te

te rationalis appellari debet, cum diuerſa non ſit ratio: immo ſi prima, etiam ſecunda concedi habet; cum ly, rationalis, differentia ſit cõtra ly, realis, diſtincta, & alia nequeat aſsignari. Ariſt. accedit auctoritas dialecticam rationem ideſt rationalem vocantis reſpectu mathematicarum ſcientiarum, quę reales dicuntur. Iterum quamuis habitus logicus formaliter ſumptus ideſt in ſua propria, & intrinſeca natura, ſit realis, reponitur enim in prima ſpecie qualitatis, quæ realis eſt: dicitur tamen rationalis etiam denominatione extrinſeca ideſt in ordine ad ſubiectum circa quod, modo iam dicto. Oppo. ſecundo; logica non eſt pars philoſophię; ergo neq; ſcientia: ab aduerſariis conceditur illatio, antecedens vero ita firmatur. Primo; Ariſt. philoſophiam diuidit in phyſicam, metaphyſicam, ac mathematicam ſolummodo: logica igitur, pars eius non eſt iudicanda. Secunda; partes mutuo ſe non complectuntur, at logica in philoſophię partibus continetur, definitiones namq; nec non demoſtrationes, quę oſtenduntur in logica, in philoſophia reperiuntur: non eſt; igitur, pars eius. Tertio, conuenit philoſophię parti, vt propter ſeipſam ſolum exiſtat, quod logicę cum nequeat adaptari

1. poſt. t. 29. 1. elec. cap. 9.

3. phys. t. 5. & 7. met. t. 8.

6. met. t. 2.

neq;

neq;philoſophię pars,neq; ſciencia eſt ipſa nuncupanda. Quarto; pars quęlibet eandem cum toto materiam habet, finemq; eundem;quod logicę reſpectu philoſophię non contingit: propterea philoſophię à partibus ipſa reiicitur. Quinto; philoſophia fuit ante Ariſt.non autem logica; igitur, &c. clara eſt conſequentia cum antecedentis prima parte;Thales enim Anaximander, Pytagoras, ac Triſmegiſtus multo ante ipſum naturalem philoſophiam, mathematicam, & metaphyſicam exercuerunt: ſecunda vero pars Ariſt.2.elench.teſtimonio firmatur, vbi ſe logicę predicat inuenctorem. Sexto, poſito logicam eſse partem philoſophię hoc ſtatim ſequitur abſurdum,videlicet philoſophiam reliquis facultatibus; nempe rhetorica, grammatica, quibus inſtrumenta ſuppeditat vilio rem eſse. Septimo; logica, ſi pars eſset piloſophię, aut eſset pars contemplantis, aut agentis, vel efficientis: non primę, quoniam tunc vel eſſet phyſica, vel mathematica, vel metaphyſica, per iam dicta in ſecunda oppo. non ſecundę; cum mores non conſideret neque tertię, ab artibus cum reſpuatur. Vltimo inquit Auer. 1.met.philoſophiam ea conſiderare, quę ſunt extra animam, quam conſideratione cum

Iamblic.de miſt. & Max. Tyrius.ſermo. 19. ita teſtantur.

cap.ult.

com. 4.

cum logica non habeat, pars philoſophię non diceretur ab eodem. Sol. ad primum dicitur, quod ibi philoſophus eius tantũmodò philoſophię partes enumerat, ens reale quę contemplantur; non autem in vniuerſum, à qua ita ſumpta logica non debet excludi; philoſophia .n. ſimpliciter accepta veritatis dicitur cognitio, ſub qua logica etiã continetur. Vide Ioa. Franc. Pic. Mirand. ita philoſophiam diſtribuentem; philoſophiam tres in partes diuidendam Plato author fuit, ideſt in logicam, phyſicam, & moralem: & ſubdit ipſe; quem ſecuti ſunt Xenocrates, Ariſtoteles, ac Stoici, qui ſex inſuper in partes diuiſerunt, ideſt in dialecticam, oratoriam, ciuilem, naturalem, theologiam, & moralem. Ad ſecundum; optimè, præpter dicta ſuperius conſiderandum eſt, quòd per aduerſarios habetur logicam vtentem, potius quam docentem, ſcientiam dici debere; quę cum ſit idem habitus cũ poſteriori, neſcio quò tendant. D. non eſt ignorandum; quòd per logicam vtentem Doctores duo intelligũt ideſt habitum eundem realiter cum docente; necnon definitiones, ac demoſtrationes logicales, quibus aliis vtimur in ſcientiis: hoc ſecundo modo volunt logicam vtentem non eſſe ſcientiam, & non primo

Ariſt. 2. met. t. 2.

in ex. uan. doct. gent. lib. 1. cap. 3.

cap. 2.

modo; ſi ſumantur nihilominus, non vt in docente cognoſcũtur; verum vt ex commu nibus rationes proprias, ac definitiones particularibus in ſcientiis corroborant.

1. phys. t. 33. Ad tertium; in logica, ſicut qualibet in alia ſcientia, duo poſſunt conſiderari, alterum per ſe, ideſt quod ipſa ex ſe, & per ſe habet in ſe: alterum verò, quod aliæ ſcientiæ inde aſſumunt, ideſt maximum auxilium: primo ſecundum nõ derogat; quare poteſt fieri de ſe, vt ſcientia ſit, ac aliis maximo ſit adiumento; vti de geometria euenit, quę veriſsima eſt ſcientia, & non ſolum ſibi ſubalternatis; verum diſperatis etiam, vt medicinę, aliquam pre bet vtilitatem. Per idem illud etiam de *1. poſt. t. 30.* medio, tollitur videlicet, quòd proprium dialectica finem non habeat; quamuis .n. vſus ipſius aliis faueat ſcientiis; non ſequi tur inde ipſam proprio, ac in ſe ipſa fine carere; cum diſcernendi modum veri à fal ſo in ſe prius, poſterius in aliis exerceat.

in prefati. ſuper lib. prior. Confir. clariſsimum eſt, ex Philop. & Alex. logicam aliarum ſcientiarum regulam eſſe, atq; menſuram; quare opus eſt eam in ſeipſa regulam prius, & menſuram retinere. Clara fit conſequentia; quoniam men ſura carens alia metiri non poteſt; vt eue nit de infinito, quod ob id neq; menſurat,

neq; menſuratur. D. per quoddam ſimile; dicit enim Ariſt. quòd ratio menſurę prius reperitur in quantitate, in alijs poſtea ratione quantitatis: & in categoriis; quòd omne, quod ęquale, vel inæquale alteri dicitur, ob quantitatem euenit: de logica idem in ordine ad alias ſcientias eſt ſentiẽdum reſpectu demõſtrationum, definitionum, &c. Ad quartum negatur minor; logica enim non ſolum ſecundas intentiones conſiderat; verum etiam res; quamuis non ſimpliciter, vt philoſophia; cęterum ſecundò intellectis vt illæ ſubſunt: nec eſt opus, vt docet Ariſt. quòd omnes ſcientię propriè ſumptę ęquè primò, eodemq; modo in re conſiderata conueniant. Quantũ ad finem; excolit ipſa, vt alię ſcientię, noſtrum intellectum in neceſſariam veritatis cognitionem deducendo, ad ſupremamq; fęlicitatem ideſt in dei viſionem: alijs ſuppoſitis; quodammodo diſponendo. Ad quintum; logica, necnon philoſophia; ſi conſiderentur, vt perfectę, omninoq; abſolutæ; certè cum Ariſt. fuerunt, nec antea: at ſi cum aliquo admixto errore, ipſum antefuerunt. Conſtat enim nec minimum extare philoſophię librum ab Ariſt. conſcriptum, vbi contra veteres non multa dicat ipſe; rectè, ac ſedulò eos corrigendo.

10. met. t. 2.

in fin. cap. de quanti.

1. poſt. t. 70. & 102.

E 2 De

de logica verò hęc legũtur apud Cic. Ariſt.
lib. 2. de Orat. dialecticę à Stoicis inuẽctæ ac multis volu minibus traditę ſolummodò artẽ inueniẽdi. i. topicam addidit: quam partem, eodẽ teſte, philoſophus logicam appellat. i. probationis, argumẽtiue ſyluam ſuppeditantẽ Immo hæc apud ipſumet Ariſt. loco ſuperius relato; eo autem comperto. i. principio
2. Elench. cap. ult. facilè eſt adiicere, coaptareq; reliquum. i. facile eſt inuẽtis addere: Eccequemadmodum non logicę inuenctorem, verum perfectorem ſe iudicat. Ad ſextũ negatur illatio
Vide D. Thom. & Caiet. 1. p. q. 1. ar. 5. hac habita ratione: artes, vel ſunt practicę vel ſpeculatiuę: priores vel ſunt ſubordinatę, vel diſpiratæ; ſimiliter & poſteriores per Ariſt. 1. poſt. & 2. phys. Practicæ diſperatę dignitatem capiunt ex obiecto, quod
t. 30. t. 24. ſibi proponunt; vti aurifactiua pręſtat ſutoria: ſpeculatiuę autem ſcientiæ nobilitatem ſortiuntur, cum ex certitudine procedendi, tum ex dignitate materię. Eſto;
1. de ani. t. 1. igitur, quòd illatio vim habeat aliquam in practicis ſubordinatis; ſimpliciter tamen eſt neganda, in diſperatis precipuè. Inſuper; metaphyſica pars eſt philoſophię & non minus quam logica aliis auxiliatur ſcientiis; nec propterea illis dicitur ignobilior. Ad ſeptimum; inter contemplatiuas logica numeratur; vt infra demoſtrabitur

bitur; circa veri enim cognitionem verſatur, in ſeipſa primò; poſtmodum in aliis: non inter reales, verum inter philoſophię partes latè quamuis propriè, ſumptę; vt eſt, explicatum eſt. Ad vltimum; ſumitur ibi philoſophia pro metaphyſica. vnde alia legitur in translatione; omnino autem ſapientia, &c. Vel; philoſophia, ſumpta in vniuerſum, eſt de rebus extra animam primariò, vel ſecundariò. Intentio tamen philoſophi, & Auer. eſt ibi oſtendendi; quòd ideę, quas Platonici ponebant, non poſſunt eſſe principia rerum ſenſibilium, neq; in eſſendo, neq; in cognoſcendo. Tertiò principaliter oppo. modus ſciendi non eſt ſcientia: logica eſt ſciendi modus: non eſt ergo ſcientia. Tota ratio quantũ ad vtramquè partem ideſt formam, & materiam optimè à Scoto, eiuſq; ſectatoribus probatur. Sol. optimè reſpondet ipſemet ſubtilis doctor; pro aliqua tamen dilucidatione breuiter eſt notandum; quòd hęc prædicatio; logica eſt modus ſciendi; eſt materialis. hæc autem formalis, logica eſt ſcientia; propterea quando dicitur; logica eſt modus ſciendi; debet intelligi materialiter ſub hoc ſenſu, ideſt logica tractat de modo ſciendi, tamquam de materia circa quam; non autem formaliter ideſt quod

ſciendi modus includatur in ratione logicæ; quoniam via, eamue oſtendens pars termini dici nequit, quamuis cum neceſſitate maxima ipſum reſpiciat. Pro maiori; modus ſciendi non eſt ſcientia particularis, vtiq; communis; vt metaphyſica. Vel, modus ſciendi ſumitur dupliciter, ideſt obiectiuè; ſiue vt medium, ſiue vt concluſio: nec non directiuè ideſt per vſũ acquiſitus, aut ſcientificus per demoſtrationem comparatus: de modo ſciendi modo poſtremo ſumpto falſa eſt maior; quamuis de eodem alio modo accepto poſsit vera reddi. Quarto; ſcientia eſt habitus per demoſtrationem acquiſitus: at logica non acquiritur per demoſtrationem: non eſt igitur ſcientia. Minor; cum clara ſit maior; ita manifeſtatur. Sola dialectica modum oſtendit conficiendi demonſtrationem; quare, ſi per demoſtrationem acquireretur, iam exiſteret priuſquam eſſet cum apertiſsima implicatione. Sol. ineſt nobis à natura modus quidam argumentandi, quãuis imperfectus, per quem naturalem ratiocinandi inſtinctum, quem naturalem logicam appellant, inuenta eſt ars Dialecticæ, atq; per eundem nunc etiam comparari valet: & ſic inuenta; cum habitus ſit rationalis, reflectitur ſupra ſe ipſam accuratius

Vide Petrum Taretũ q. 1. preamb.

1. rhet. c. 1

ratius dirigendo, priuſquam ad alias ſcien tias exeat regulandas. Quinto; ſcientia eſt de his, quæ primo, & principaliter intellectus obiectum eſſe poſſunt: ſed ea, de quibus logica eſt, non ita ſe habent: ipſa, igitur, non eſt ſcientia. Minor prob. logica .n. eſt de entibus rationis, que ſunt in intellectu, & nõ poſſunt primo, & principaliter intellectus obiecta eſſe, cum ipſe primo, & principaliter res intelligat, quę ſunt extra: ſecundo ex earũ cognitione in ſui notitiã venit, ac eorum, quę ſunt in ipſo. Sol. quommodo intellectus intelligat ſeipſum, poſterius dicetur; iam dicitur ſolummodo Dialecticam non agere de ſecundis intentionibus tãtum, verum etiam de rebus, quatenus hæ illis ſubſunt id eſt logica ſecundas intentiones contemplatur, quatenus illæ non ſunt præſciſſæ à rebus, verum in ipſis rebus ſpectantur, vnde verum non eſt, quod logica agat de illis, quæ ſunt in intellectu tantummodo; verum de illis, quæ in rebus reperiuntur, & in intellectus proſpectu, vt ſecundæ ſunt intentiones. Nec video, eſto logicam non eſſe de rebus, quod ipſa propterea ſcientia dici non debeat, Ariſt. enim ſubiecti ſcientifici conditiones enumerans de tali nullibi mentionem facit. Vide ipſum 6 ethic. dicen- *cap. 4.*

3. de ani. t. 8. & 25

tem ſcibile, de quo vera habetur ſcientia, debere eſſe neceſſarium, id eſt inuariabile, ęternumq; per conſequens; vbi quòd ens extra animam eſſe debeat, nec minimum
t.15. & 19. dicitur verbum. Eundem vide 1 poſt. videlicet apertè oſtendentem verè, ac propriè ſcibile debere eſſe neceſſarium, neceſſariòque ſcitum, id eſt concluſionem demonſtrationis debere neceſſariam eſſe neceſsitate
1.poſt.t.5 conſequentis, & conſequentię. Oppo. de non ente non eſt ſcientia; igitur, &c. Sol. de non ente id eſt de falſa concluſione non eſt demonſtratio; vtiq; de vera: igitur demoſtrationis pręmiſſę debent eſſe verę. Eo tenet conſequentia ibi poſita, quoniã licet ex falſis vera ſequatur concluſio; vt omnis lapis eſt animal: omnis homo eſt lapis: ergo omnis homo eſt animal; id nihilominus ex noſtro colligendi modo con
1. poſt. t.17. tingit, non autem de ſui natura: quare, licet ſit concluſio vera, non tamen, vt ſic; ne
1. poſt. t.19. ceſſariò ſcita. Ex iam dictis hoc firmiſsimè colligitur; id verè ſcibili ſat eſſe, vt ſit ſempiternę veritatis: quot autem huius generis ſcibilia in logica reperiantur opponentes etiam cognoſcunt. Sextò; ſcientia ſolummodo eſt de neceſſariis, vt iam eſt explicatum: ſed logica eſt de ſecundis intentionibus, quę ſunt entia dependentia ab

opera-

operatione intellectus : qua ceſſante ipſa etiam pereunt : quare, &c. Sol. per neceſſarias res; in propoſito, vbiquè intelliguntur à philoſopho enunciationes vniuerſales, & neceſſariæ, quæ infinitę reperiuntur in dialectica; vt alii noſtrates fuſius oſtendunt. Septimò, ſola metaphyſ. conſiderat ens reale, vt ens eſt, & que accidunt enti, & aliarum nulla ſcientiarum eadem aſpicicit; verum partem entis realis abſcindit, circa quam verſatur; igitur, &c. Sol. primó dicitur, quòd ly reale, vel realis nõ habetur in litera : ſed ens, vel entis abſolutè, ſub quo etiam logicę ſubiectum continetur. D. id ſolummodò vult ibi philoſophus habere, quòd metaphyſica non eſt aliqua ex particularibus ſcientiis; quoniam non conſiderat aliquam entis partem, vt mathematica; de qua tamquam de notiſſima prebet exemplum, verum ſciẽtia communis; cum ens in quantum ens, & in vniuerſum habeat pro ſubiecto. Vltimò; ad metaphyſicum ſpectat, cum artifex ſit cõmunis, exactam ſcientiarum ponere diuiſionem : Ariſt. optimus fuit metaphyſicus, & nullibi ſua in metaphyſica de tali ſcientia mentionem fecit: igitur inter ſcientias logica non eſt connumeranda. Sol. de ipſa verba fecit 2. met. eam ſciendi modum appel-

4. met. t. 1

t. 15.

appellando aliis in ſcientiis, quo non ſit in ſe, vt ſcientia non ſit: & quando inquit ibi philoſophus; turpe eſt ſimul quęrere ſciẽtiam, & modum ſciendi; ſenſus eſt, quòd, prius eſt logica percipienda: poſtea per vſum preceptorum, quę traduntur in ipſa, procedere ad ueritatis inquiſitionem aliis in ſcientiis, vnde colligitur dari logicam docentem, quę verè ſcientia eſt, & vtentem, vt eſt iam declaratum.

1. poſt. t. 5 & 6. ethic cap. 4. Quantum ad ſecundum; eſt prima Scoti ratio; pro parte affirmatiua; ſcientia eſt effectus demoſtrationis in logica autem multa demonſtratiuè concluduntur; ergo &c. Ad hanc rationem duo quidam dicũt: primum; quòd logica habet demoſtrationes, vtcunquè; ideſt ſecundum quid; quare eſt etiam ſcientia ſecundum quid. Secũdum; quòd demoſtrationes in logica non ſunt ſcientię gratia; ſed potius operis; ob quod ipſa ſcientia non eſt appellanda. Pro dilucidatione primo notandum eſt, quòd ad ſcientię generationem tria concurrunt, intellectus, vt cauſa principalis efficiens: obiectum: & diſcurſus ideſt demonſtratio tamquam agens inſtrumentale: quo pacto quęlibet ſcientia rationalis ideſt diſcurſu comparata, dici poteſt. Secundò; logicę demonſtrationes ad particulares

Vide D. Thom. 1. 2. q. 57. ar. 2.

aliarum

aliarum ſcientiarum concluſiones relatę ex communibus conſtant principiis; at ſi cum logicis. propriiſque conferantur concluſionibus per propria, & non communia procedunt principia. Tertio; demoſtrationis ſimpliciter, qua ſcire ſimpliciter, & in actu, vel ſcientia propriiſsimè ſumpta generatur in nobis ex Ariſt. ſẽtẽtia; duę principaliter notantur conditiones. Altera; quòd ipſa fiat in primo modo primę figurę: rationes vide 1. poſt. Altera verò; quòd medium habeat cauſam exiſtens neceſsariã, in cauſando, & inferendo, ideſt in eſsendo, & cognoſcendo ſimul: vel ſcientię, reiquè ſcitę; vt alii dicere ſolent: preciſam, & adęquatam, ideſt cum effectu cõuertibilẽ: vbi virtualiter continetur, quòd pręmiſse demonſtrationis debent eſse neceſsarie ſimpliciter, ad quod requiritur vt ſint de omni, per ſe, & ſecundum quòd ipſum, ideſt vniuerſales poſterioriſticè ideſt vt ſubiectum de prędicato, ſicut è conuerſo affirmetur neceſsariò, nec non diſtributiue: & quòd ſubiecto remoto immeditè prędicatum remoueatur; vt homo, vel animal rationale, & riſibile. Quartò; multę in logica demoſtrationes habentur, quibus ennumeratę conditiones adaptantur; verum pro omnibus hęc figuraliter ponatur

1.poſt. t. 5.6.ethic. cap. 4.

t. 31. 1. phys. 1.

1. poſt. t. 8. 9. 10. 11.

1. poſt. t. 14.

1. periher. cap. 5. tur, quę ordine prior eſt aliis; Omne, quod eſt aptum natum eſſe in multis, eſt predicabile de multis: Omne vniuerſale eſt aptum natum eſſe in multis: ergo omne vniuerſale eſt prędicabile de multis. Vel omne, quod ineſt eſſentialiter in multis ſpecie differentibus, poteſt predicari de multis ſpeciebus in quid: & genus ineſt multis in ſpeciebus eſſentialiter: genus, igitur, eſt prędicabile de pluribus differentibus ſpecie in quid. *1. top. cap. 4.* Cum igitur, logica ſubiectũ habeat, principia, partes, ac paſsiones retinens, enſq; veriſsimum exiſtens; cumq; in ipſa optimę dentur demonſtrationes, vt viſum eſt, delirant, certè, negantes ipſam ſimpliciter ſcientiam eſſe; pręcipuè cum ipſimet fateantur naturalem philoſophiã ſimpliciter eſſe ſcientiam, in qua ſimpliciter quot inueniantur demoſtrationes, non eſt qui tutè valeat enumerare, omiſſa in certitudine, ob varias opiniones, conditionum ſubiecti, circa quod ipſa verſatur. † Ad alterum; ſibi ipſis contradicunt; primò enim aiũt logicas demoſtrationes ad opus ordinari: ſecundò; quòd quęlibet ars opus finem habet: deinde logicam negant eſſe artem. Dicent fortè, quòd ars debet ordinari ad opus, quod in externam tranſit materiam, & non ad opus, quod oppoſito modo

Vide alias innumeras ferè, ac ueras demõſtrationes in logica, eas præcipuè, quæ ſunt in prædicá. cap. de ſub. 1. periher. c. 4. in prior. c. 22. 25. & 26. & 1. poſt. c.

do ſe habet; vt de logica euenit. Diſtinctio huiuſmodi Ariſt. doctrinę non conſonat, apud quem hęc habentur; 2. met. t. 3. finis ſcientię ſpeculatiuę eſt veritas, practice verò opus, ideſt praxis, quæ eſt actus voluntatis elicitus, vel imperatus, ordinatur ad opus: & quamuis practicus conſideret veritatem in rebus; vt ibidem dicitur, non tamen ſecundum ſe, ſed ad aliquid, ideſt ordinat illam ad aliquam praxim dirigendam circa aliquod obiectum particulare operabile: & ad aliquid nunc ideſt ſecundum aliquod determinatum tẽpus. D. 6. ethic. cap. primo; ars eſt cum ratione factiuum principium: & 1. mag. mora. cap. 33. ars verſatur circa facturam, & in faciendo poſita eſt. Poſtremò 6. ethic. ad Nicom. actio, & effectio differunt vt habitus actiuus cum ratione ab effectiuo habitu cum canone diuerſus eſt. Quibus ex omnibus hæc valent pro comperto haberi; primò quãlibet facultatem vel theoricam, vel practicam eſſe: poſtremam in actione vel factione conſiſtere, ideſt moralem, vel mechanicam eſſe: ſecondo logicam inter vltimas non connumerari; cæterum inter illas, quæ ſub prima continentur, vt apertius infra demonſtrabitur. Secunda Scoti ratio; item hæc eſt per ſe vana;

† *In philoſophia naturali duæ tantum demoſtrationes enumerantur: altera 2. de ani. t. 25. altera uero 3. de ani. t. 6. de quibus etiam dubitant grauiſsimi uiri, an illæ ſint ſimpliciter demõſtrationes. cap. 4.*

logi-

logicus eſt ſciens, ergo logica eſt ſcientia; quoniam à concretis, vbi eſt prędicatio per ſe, tenet conſequentia ad abſtracta.

Vide Ari. 1. poſt. t. 9. et auctore formalitatũ in ca. de diſt. formali.

Pro dilucidatione, primò notandum eſt; quòd hęc propoſitio, logicus eſt ſciens, eſt in primo dicendi modo per ſe; quoniam ſuperius ideſt ſciens prædicatur de logico, qui eſt inferius eodem in ordine; vt animal de homine prędicatur, & homo illi in recta ſubſtantię linea ſupponitur. Secundo; abſtracta ſunt in duplici differentia: quędam enim vltima ſunt abſtractione abſtracta, vt quæ abſtrahuntur à ſuppoſitis videlicet humanitas ab homine, animalitas ab animali, &c. Quędam vero media ſunt abſtractione abſtracta illa videlicet, quę abſtrahuntur à ſubiectis, vt ab albo albedo, à nigro nigredo, &c. Tertio; nihil poteſt prędicari de abſtracto vltima abſtractione, niſi ſit in primo gradu preſeitatis, vel idempticè videlicet equinitas, vt inquit Auuice. eſt tantum equinitas. Quarto; à concretis, in quibus eſt predicatio per ſe, ad abſtracta abſtractione media, tenet conſequentia; vt album eſt coloratũ, igitur albedo eſt color. Quinto; aliud eſt arguere à cõcretis, ad abſtracta, & aliud á coniugatis: primo modo dicitur, vt in Scoti ratione habetur; ſecũdo

vero

vero modo ita;hic ager eſt compaſcuus:in compaſcuo licet compaſcere; in hoc, igitur agro licet compaſcere. Vide Ariſt. 5. top.cap. 1. vbi arg. à caſibus, & coniugatis pro eodem ferè accipit. Ciceronem 2. top. ferè in princi. & Boet. optimè declarantem. Vltimo; ſciens dicitur à ſcientia quam habet, logicus dicitur à ſcientia logicæ, quam tenet, & oſtenſum eſt veram eſſe ſcientiam: igitur eſt verè ſciens; immo hę conuertuntur inter ſe: logica eſt verè ſcientia, ergo logicus eſt verè ſciens: logicus eſt verè ſciens, ergo logica eſt vera ſcientia; quamuis prima ratio ſit à priori; ſecunda vero à poſteriori. Ex his iam patet optimam eſſe Scoti rationem, veriſsimamquè eius opinionem, nec non Ariſt. conformem. *2. de ani. t. 55.* Quando autem inquit philoſophus dialecticam tentatricem eſſe, ſophiſticam, &c. vel intelligit de lib. Elēch. *4 met. t. 5* quantum ad vſum 1. libri: vel quod ibi non negat logicam ſcientiam eſſe ſimpliciter, & abſolutè; ſed solū dicit eam non eſſe ſcientiam versātem circa id, quod metaphyſicus conſiderat, quod veriſsimum eſt, & facilè conceditur.

Subiecta

1.*phys.t.* 69. Subiecta autem natura ſcibilis eſt ſecundum analogiam.

Cap. 5.

HOC eſt; materia prima potentiam habet, vt cognoſcatur, quę potentia ſi reducatur ad actum, non fit niſi per analogiam, ideſt quandam per ſimilitudinem, & proportionem ad artificialium materiam: ſicut enim in artificialibus ducimur in materię cognitionē per neceſsitatē formæ ſuſceptiui; ita etiā in naturalibus. Oppo. materia negatione oſtenditur, ideſt per ſeparationem formarum ab ipſa: nō igitur, per reſpectum ad formam receptiuè. Sol. de materia prima conſiderationē, ſimulq; cognitionē habent naturalis, Diuinuſque philoſophus: ille per notiora nobis, ideſt per effectus, ideſt per ſucceſsiuā formarum in idem ſubiectum receptionē: hic autem id ſupponens, quod eſt à primo demoſtratum, videlicet omne, quod generatur ex ſuo fit contrario: & omne, quod corrumpitur, in ſuum reſoluitur contrarium; ſupple terminatiuè, ideſt vel tamquam ax termino à quo, vel tamquam in terminum adquem: verum duobus ex oppoſitis cum tertium fieri nequeat, & vnum alterius non poſsit eſſe ſubiectum, tertium eſt

Marginal notes: 5. *met. t.* & 17. — 10. *met. t.* 24. — 1. *phys. t.* 3. & 4. 38. — 1. *phys. t.* 62.

eſt ponendum principium, ideſt materia; inueſtigat naturam materię per negationem formarum; inquiens; materia non eſt quid, neq; quale, neq; quantum, &c. Oppo. *7.met.t.8*
fortius; materia de ſe dicitur ignota. Sol. *7.met.*
dicitur ignota; quoniam non eſt prima, nec *t.35.*
potiſsima ratio cognoſcendi; cum hęc ſit forma, quę cauſa eſt etiã materiã cognoſcendi modo ſuperius enarrato. Vel, loquitur philoſophus de cognitione ſcientifica propriè, quę per cauſam habetur in eſſendo, & inferendo ſimul; ne proceſsus *1.poſt.t.5*
in demonſtrando detur in infinitum; ex *t. 2.*
doctoribus, 1. phys. Vel; materia ſi conſideretur ſimpliciter, ideſt in abſoluta ſui natura, cognita certè remanet: at ſi contractè .i. ad eſse huius, vel illius rei exiſten- *7.met.*
tię; quomodo cauſa dicitur contingentiæ, *t. 22.*
ac incertitudinis, in obſcuris relinquitur. *1.poſt.*

Pro eiuſdem. D. rei exacta cognitione *t.19.*
primò notandum eſt in controuerſiam poſitum non eſſe; an hęc propoſitio ſit per ſe, materia eſt intelligibilis; quoniam collocatur in ſecundo modo dicendi per ſe; intelligibilitas .n. non ſolum inſequitur ens ſimpliciter; verum inter materiæ primę connumeratur affectiones. Cæterum hęc *1.poſt.t.5*
an materia ſit de ſe intelligibilis? Quæ dubitatio duplicem ſenſum retinere valet.

Primum; an ſi nullam haberemus formę cognitionem, in materię notitiam deuenire poſsemus, ideſt vtrum materiam ſcire valeamus non pręcedẽte formę cognitione? Secundum; an materia conceptu aliquo concipi valeat, a forma qui præſcindat, ideſt in quo forma non includatur?

a.5.d.12. q.1. Iuxta primum reſpondetur cum Scoto videlicet materiam in ſui eſsentia cognoſcibilem eſſe; quamuis nulla præcedat formæ cognitio: à nobis tamen; pro ſtatu preſenti; actu cognoſci non poſſe, niſi pręuia formæ cognitione. *2.met. t.15.* Prima pars eſt ſatis clara; cum materia ſit verè ens &c. Eo ſit nota ſecunda quoniam, dum hic viuimus, per ſenſibilia in eorum venimus notitiam, ſenſu quę percipi non poſſunt; vt eſt ipſa materia, quę ſenſum omnino ſubterfugit. Iuxta ſecundum; partem Scoto tribuunt affirmatiuam; *3. de ani. t.30.* verum illo in loco ſub eiuſmodi ſenſu quęſtionem ipſe non ſoluit. Propterea partem negatiuam exiſtimo veriorem; nam materia; cum ſit eſſentialiter potentia pura, in ordine tamen ad actum formalem; potentia autem relatiuum ſit traſcendens: relationemue connotet ex conſequenti: vel modum dicat relatiui; quod verius arbitrantur nonnulli; ſine actu concipi non poteſt; nullum enim relatiuum; cuiuſ-

cuiuſcumque generis; ſuo abſq; termino concipi valet; vnde dicit Ariſt. ſi aliquis eorum aliquid, quę ſunt ad aliquid, cognoſcet definitè; & illud, ad quod dicitur, terminatè ſciturus eſt. Hanc rationem exiſtimo, ſicut enim hominem cognoſcere nequeo, niſi cognita eius natura; ita cũ eſse ad aliud ſit de relatiui eſsentia; non poſsum vnum cognoſcere, niſi alterum determinatè relatiuum perſpexero. Oppo. quo nam pacto fieri valet, vt materia non niſi relatiuè concipi queat; à parte rei cum nullam includat relationem? talis enim conceptus fictus omnino erit. Sol. materia, potentia, & habitus aliis cum relatiuis ſecundum dici, ſunt quędam entitates ad aliud ordinatę à natura, quæ ita inſtituit, materia, vt formam ſubſtentaret: & forma materiam, vt informaret. Potentiam, habitum, & huius alia generis eodẽ prorſus modo; quare conceptus fictitius minimè dici debet; maximo enim eſt cum fundamento; quoniam omnes prędictas entitates propter aliud natura formauit, & cum requiſita proportione: quæ altera fortè ratio eſt, vt habitus, & potentia ſine actu concipi non poſſint. D. duæ remanent hic difficultates examinandæ: altera eſt illatio, quam facit Auer. videlicet mate-

in prædic. cap. ad aliquid in fin.

eod. cap. in princ.

Caiet. 1. p. q. 77. ar. 1

1. phyſ. com. 69.

tia non eſt aliquid in actu habens quiditatem; propterea non poteſt per ſe intelligi. Altera verò; quamobrem de materia quę habetur notitia, dicatur cognitio ſecundũ quid? Ad primam; Auer. conſequentia
tex. 10. firmatur per tex. Ariſt. 9. met. videlicet actus eſt ratio cognoſcendi, quem non habet in ſe materia. Sol. quiditas vel eſt rei ſimplicis, vel compoſitę; præcipuè ſecunda eſt ab actu formali; prima verò ab actu ſimpliciter, qui ſupponit etiã pro qualibet exiſtentia: antecedens Auer. ſupponit quiditatem quamlibet eſſe ab actu formali, quod eſt falſum; nec propterea valet conſequentia. Oppo. exiſtentia quæ-
2. de ani. libet eſt à forma; igitur &c. Sol. eſt à for-
t. 2. & 8. ma; quatenus ipſa dicit entitatem realiter
met. t. 3. exiſtentem extra animam, extraq; ſuas cau ſas; vel extra nihil, ideſt quatenus aliquã importat actualitatem; quod materię certè denegari nequit. Ad confirmationem ex Ariſt. Zimara theoremate primo, quod
ad uer. act. refert etiam in tabu. duo inquit pręcipuè: primum, quòd materia de ſe non eſt cognoſcibilis, cuius ratio eſt; quo niam eſt
ex 1. poſt. ens in potentia, quę cauſa eſt obſcuritatis,
t. 30. ſicut actus cognoſcibilitatis: ſecundum, quòd intelligibilitas nõ eſt paſsio entis, vt ſic; verũ entis in actu, quod eſt primi dicti,

ac rationis fundamentũ. Phil. nihilominus ita venit explicandus. Potentia, & obie- *3. de an.* ctum proportionem inter ſe retinent: verũ *t. 1. et* 30 intellectus quidam eſt actus; obiectum, igitur, in actu magis eſt intellectui ꝓportionatum, magiſq́; cognoſcibile, quàm illudmet in potentia. Vnde geometricarum deſcriptiones figurarum cognoſcuntur quando fiunt actu, exemplum ibidem vide cum explicatione D. Thom. & apud Eucli. Ex quo lucidiſsimè colligitur, quòd *1. elé.* 13. philoſophus loquitur ibi de cognitione cõpoſiti, & non ſimpliciter; videlicet, quòd ens in potentia magis cognoſcitur, cũ reducitur ad actum. Eſto, quòd abſolutè loquatur, ideſt formam, & materiam complectendo, ſermo tamen eſt comparatiuus, quare etiam potentia eſt aliquo modo ratio cognoſcibilitatis, ideſt ſicut actus, vel forma cognoſcitur dum actuat, ac perficit; ita materia, vel potentia dum recipit, ac ſubſtentat: vide Ariſt. 2. & 4. phys. & pon- *t.* 11. & dera. Conceſso, deniq́; quòd non loqua- 12. tur comparatiuè, dicitur quòd potentia eſt *t.* 36. cauſa cognitionis confuſę, actus verò diſtinctæ. Colligitur ex Ariſt. 1. poſt. Vel a- *t.* 3. ctus eſt ratio cognoſcendi à priori, potentia verò à poſteriori. Habetur ex eodem 2. *t.* 24. lib. poſt. vbi oſtẽditur quomodo vna cauſa

per aliam cognoſcitur. His primum diluitur Zim.dictum;ſecundum verò de medio tollitur primò per id, quòd habetur 2.
t.4. met.vnumquodq; ſicut ſe habet ad eſse,ita ſe habet ad veritatem, ideſt vt vna explicatio eſt; veritas eſt paſsio entis, quod fir-
t.14. matur per id, quod ſcribitur eodem lib.
6.met.t.8 videlicet ens ſignificat quod verum eſt, id-
2.met. eſt ens, & verum conuertuntur. Subſcri-
cap.7. bitur Alex.Aphrod. his vtens verbis; ens maximè verum eſt, quia entis veritas eſt comes. Res igitur,quçlibet quantum entitatis, tantum etiam retinet veritatis,atq; cognoſcibilitatis;cum non ſit cognoſcibi-
1.poſt.t.5 le, niſi verum. Iam; maxima realis enti-
2.phys. tas nequit materię denegari; quare nec
t.7. plurimum intelligibilitatis per ſe; ſicut nec veritatis. Interimitur ſecundò, per ipſummet theorem. ſequenti, vbi clarè dicitur,quòd materia, & non forma ſolum,cauſa eſt differentię, & per conſequens diſtinctionis, quę perfectam cum ſcientiam generet, dici habet,ipſam quoq;cognitionis
1.phys. cauſam exiſtere:quo ſtante, ſequitur aper-
t.5. tè per ſe cognoſcibilem eſſe;per reg.Ariſt.
t.5. 1.poſt. videlicet ſemper enim ꝓpter quod vnumquodq; eſt, illud magis eſt,quod cla-
t.4. rum redditur 2.met.videlicet quicquid eſt cauſa aliorum, vt ſint talia, ill ud eſt maxi-

mè

mè tale: duo ibidem ponuntur exempla; primum, ignis calidiſsimus eſt, quoniam propter eum alia ſunt calida: ſecundum; & ad rem; illud, quod eſt cauſa vt alia ſint vera eſt veriſsimum. Nec obſtat; cum ibidem dicatur; quòd intelligitur de materia ſecunda, vel propria; quoniam hęc à materia prima realiter non differt; ſecus in compoſito duę reperirentur materię; differt ſolummodò ratione diſpoſitionum, quandam quę conſtituunt relationem inter formam, & materiam; quare non ratione materię, verum diſpoſitionum ipſa eſt cauſa diſtinctionis, quod cum implicatione aſſeritur. Ad ſecundam difficultatem quidam frequenter dicere conſueuit, quód cognitio, quę habetur de materia prima, ideo ſpuria dicitur, & adulterina; quoniam non habetur via ſenſus. Quę ratio mihi admodum placere nequit; cum idem poſſet etiam dici de cognitione cuiuſcunquè ſubſtantię, nulla enim reperitur, quę ſit ſenſu perceptibilis. D. quamuis materia de ſe non ſit ſenſibilis, talis, nihilominus, eſt ſuis in effectibus, quod ſat eſſe debet. Prop terea dicerem, quod ideo notitia de ma teria dicitur ſecundum quid; quoniam ha betur à poſteriori .i. demoſtratione quia vel per effectus iuxta modum cognoſcendi

1. poſt. t. *1. phys. t. 2.*

nobis inſitum à natura. D. ſcientia propriè dicta per cauſam habetur; etiam in eſſendo, qua materia caret, ſecus non eſſet primum principium; & ideo à priori cognoſci nequit. Vide; pro confirmatione; Alex.

2. met. com.6. Idem ſimpli. & Them. 1. phyſ. t. 2. Aphrod. ita dicentem; verum omne non innoteſcit ex cauſa, alioqui nullus eſſet cauſarum finis, ideſt non daretur vltima cauſa in reſoluendo; immo proceſſus daretur in infinitum.

7. met. t. 23.

Ab arte verò fiunt quorumcunq; ſpecies eſt in anima; ſpeciem autem dico, quod quid erat eſſe.

Cap. 6.

HOC eſt; artes practicę incipiunt à definitione; vnde medicina, ibidem vt dicitur, ſi debeat ſanitatem operari, incipit ab illius quod quid eſt. Propterea malè probant nonnulli logicam ſcientiam eſſe theoricam, ideſt ſpeculatiuam; contra: talem locum; ita argumentantes. Scientia quęlibet agens de rebus naturam ipſarum pręſcrutando, & proprietates demoſtrando ſpeculatiua eſt; quamuis res illę de quibus agit, ſint operabiles. Logica; maxima ſaltem ex parte; ita ſe habet; ex-

plicat

plicat enim naturam, & eſſentiam ſyllogiſmi, demoſtrationis, &c. proprietateſq; demoſtrat: remanet, igitur, ſpeculatiua. In ſufficiens eſt ratio per iam dicta, vnde habetur, quòd non eſt opus, ſcientiam, quæ definiendo, ac diuidendo aliquod operabile procedit, ſpeculatiuam ſtatim euadere; hoc enim in illis tantum verificatur, quæ operandi regulas non tradunt omnino; vt optimè docet Heru. Licet, igitur; logica ſyllogiſmum definiat, ſubiectaſq; partes eius: necnon paſsiones explicet; cũ regulas, tamen, tradat ipſum ſyllogiſmum operandi, & vniuerſam conſiderationem referat ad ſyllogiſmorum effectionem; ſatis diminutè concluditur, quòd ſit ſpeculatiua. Alia, & validior eſt afferenda ratio; quare hoc in capite ita me geram. Primò; concluſionem ponam cum probatione: ad obiecta ſecundò reſpondebo: deniquè logicalibus à pręfationibus, vt me poſtremò liberem; an logica ſit vna ſcientia, perquambreuiter examinabo. *in prolog. ſent. q. 4.*

Quantum ad primum; Logica ſcientia eſt ſpeculatiua. Prob. ſcientia, quę de ſe non ordinatur ad opus alterius potẽtię ab intellectu; cuiuſmodi eſt logica; non eſt practica; igitur ſpeculatiua. Notiſsima eſt illatio; quoniam ſecundum Ariſt. notitia *Scot. in prolo. 5. q. 4. & 5.* *Vide Duran. in pro*

ducitur ex Ariſt. 3. de ani. & ex D. Thom. ibidem explicatione; ſecus enim inter praxim, & ſpeculationem diſtinctio nulla reperiretur, cum ſpeculatio ſit etiam quędã intellectus operatio. Secunda, logica ordinatur ad operationes propoſitionum, ac ſyllogiſmorum, quæ ſunt operationes intellectus: igitur non ordinatur ad operationem alterius potentiæ ab intellectu. *t.46.*

Quantum ad ſecundum; nominales oppoſitam ſequuntur ſententiam logicam aſſerentes abſolutè practicam eſſe; vnde praxis definitionem à Scoto traditam non cõcedunt; verum aliam ita ponunt. Praxis eſt operatio factiua obiecti cuiuſq; potentię; per quod etiam diſtinguitur à ſpeculatione, quæ ſuum non efficit obiectum; ex Ariſt. vt colligi valet 6. ethic. ita D. argumentantur. Illa ſcientia eſt abſolutè practica, cuius præcipuus finis eſt operatio. 2. met. Logica ita ſe habet; quoniam eſt ſcientia rationalis, cuius finis ratiocinatio eſt, quę dicitur operatio; practica; igitur appellari debet. Secundò; inter ſcientias ſpeculatiuas, quæ 6. met. & ethic. ab Ariſt. enumerantur, logica non continetur; practica, igitur, & non ſpiculatiua eſt reputanda. Euidens; eſt antecedens; eo tenet illatio; quoniam ſecus in enumeratione *Ocã. & Gregr. de Arim. ult. q. prologi.* *cap. 3.* *t. 3.* *t. 2.* *cap. 4.*

ratione

ratione philoſophus fuiſſet diminutus, quod aſſeri minimè debet. Tertiò; inquit Ariſt. ſpeculatiuam ſcientiam pro fine veritatem habere, in illa vt quieſcat; quem logica non habet; immo non habet niſi modum cognoſcendi veritates alijs in ſcientijs; quare practica remanet, ſpeculatiua cum dici non poſsit. Quartò; grammatica, & rhetorica practicæ dicuntur à contrarium ſentientibus; quoniam regulas tradunt operandi; quamuis illarum operationes non ſint alterius potentię ab intellectu; cur non etiam logica, cum eadem ſit ratio? Pro dilucidatione ſit primũ not. Finis alicuius ſcientię duplex eſt: alter, ad quem ſcientia ipſa ordinatur ex ſe: alter ad quem ſciĕntia ordinatur non ex ſe; verum ex ſcientis intentione. Exempl. ſcientia de anima ex ſe ordinatur ſolum ad cõtẽplationem naturæ animæ, atq; proprietatum, de illa quæ demonſtrari poſſunt; vt quòd ſit rationalis; de noſtra loquendo, immortalis, beatitudinis capax, &c. Si quis autem percipiat eam, vt inde alliciatur ad rectè viuendum; iam eadem ſcientia alium ſortitur finem ad quem, non ex ſe; verum ex ſcientis ordinatur intentione. Eodem etiam modo ars architectonica; & quę vis cuius alia generis, de ſe ordinatur

ad opus, ideſt vt modum contemplatur, quo ędificia conſtrui poſsint, & regulas præſcribit operandi. Si quis autem eius diſceret precepta; non vt operaretur, verum vt artẽ ſolummodò teneret; iam eiuſmodi facultas de ſe opus habet pro fine; ex intentione verò ſcientis contemplationem. Secundum; propterea cuilibet ſciẽtiæ duplex tribuitur finis, videlicet intrinſecus, & extrinſecus: ſiue propinquus, & remotus. Primus eſt actus immediatè elicitus ab habitu, qui dicitur etiã finis quo, & à quo ſcientia practica, ſpeculatiua dicitur. Secundus eſt, cuius gratia inuencta eſt illa ſcientia. Exempl. intrinſecus naturalis philoſophię finis eſt arcana contemplari naturę: extrinſecus verò mentes hominum perficere. Per hęc de medio tertium tollitur argumentum. Sit iam tertium notandum; aliud eſt praxis, & aliud practica cognitio: prima gręca dictio eſt, idemq; ſonat, quod operatio latinè: ſecũda dicitur notitia, quę nata eſt dirigere aliquam potentiam in operando, & practicãdo; ita Paulus Script. 1. 5. qui praxim quadrupliciter accipit. Primò pro omni opere cuiuſcunq; potentię, vt diligere, currere, &c. Secundò pro operatione potentię vitalis, vel intentionalis, & pro paſsioni- *q. 4. prolo. in princ.*

bus

bus conſequentibus; vt eſt videre audire, delectari, triſtari, &c. Tertiò pro omni opere, quod eſt in poteſtate voluntatis, & liberi arb. Vltimò pro omni opere, quod natum eſt benè fieri. Quartum; praxis dupliciter ſpectari poteſt, ideſt ratione potentiæ, in qua formaliter, & completiuè reperitur: & ratione obiecti. Primò pacto conſiderata definitur à Scoto; ſecundò verò modo ab aliis; vnde vtraq; definitio recipi valet. Verum circa ſecundam eſt vlterius aduertendum; quòd obiectum ſciẽtiæ ſpeculatiuę, quod ſpeculabile dicitur, eſt res non factibilis opere voluntario; ſiue elicito, ſiue imperato; vt imperatum eſt: quoniam omnis actus voluntate elicitus, vel imperatus, vt ſic; eſt praxis, ſiue obiectum habitus practici; etiam ſi eſset intellectus operatio. Nam ipſa quoquè intellectio, vt ſub electione cadit voluntatis imperantis; pertinet ad ſcientiam practicam, vt eius obiectum: & conſequenter etiam omne, quod ſequitur à tali operatione intellectus, vt eſt per volũtatem imperata, ad ſcientiam practicam ſpectat, licet ſit quid factibile intellectus opere; quoniam non eſt preciſè ab eo, ſed quatenus voluntas eſt ſimùl cum eo mouens ipsũ ad tale opus. Pro prima; intellectus, & voluntas;

2. de ani. t.

ex D. Thō. 1.2.q.57. ad primũ & 22. q. 179. ar. 2. & aliis in locis.

voluntas; quantum ad operationes, abinuicem dependent; vnde voluntatis operatio dependet ab intellectu initiatiuè, quoniam ipſa non incipit operari, ab intellectu niſi prius fuerit illuſtrata; vnde, prętet ſenſum, ſola mens in homine dicitur cognoſcens, immo poſt Electionem, vel confutationem, quę eſt altera voluntatis operatio, aduenit decretum intellectus voluntatem in operatione confirmans. Ipſe etiam duas habet operationes, videlicet aſsentiri, vel diſsentire, & à voluntate dependet, non initiatiuè, cum non ſit opus ante quamlibet intellectionem pręcedere volitionem, verum quantum ad continuationem, quoniam, vt ſic, intelligo quando volo. Licet enim aliquod obiectum, ob maximam euidentiam, vt prima ſunt principia, repente me cogat aſsentire, meũ eſt nihilominus poſt aliquod certum inſtans aſsenſum continuare. Sed an vtriuſquè potentię actus quidam inueniatur indifferens? Arbitrarer, quòd pro aliquo inſtanti facilè concedi poſſet. His prima interimitur obiectio contra concluſionem noſtram, verum ad minorem rationis ex actius reſpondet P. Tataretus. Adde, quod per idem omnis ſcientia practica eſſet, cũ quælibet ratiocinetur. Inſuper Silueſter de

1. morali. cap. 44.

Gab. 3. 5. diſt. 17. q. 2.

6. ethic. c. 4. in prin.

q. præamb. q. 2. art. 3. in ar. uet. Ariſt.

6. ethic. cap. 4. de Prierio, inter clariſsimos Thomiſtas noninfimum locum tenens, inquit quòd *1. conflat. q. 1. ar. 1.* ſyllogiſmi, ideſt ratiocinationis cognitio, quęritur propter ſeipſam præciſè, ita vt omne prorſus opus practicum excludat. Ad ſecundum, inter alios, optimè reſpõdet Illuſtriſs. Card. Sarna. videlicet quòd *ſuper vniuerſa. Sco. q. 1.* ibi loquitur philoſophus de ſcientiis humanitus inuéctis, & realibus ex parte obiecti. Pondera etiam, quòd ibi diuiduntur habitus reales, vt dictum eſt, penes obiecta, ideſt penes res, de quibus ſunt, & non ſimpliciter, vt 6. ethic. vbi ſumuntur habitus, non vt ſic, verum vt ſunt virtutes in-*cap. 4.* tellectuales in communi, inter quas præcipuè ſapientia, intellectus, ac ſcientia cõnumerantur: his maxima remouetur ambiguitas in Ariſt. Ad quartum dicitur arg. gramatica, ſicut rhetorica, duplex *Verſori. ſuper P. Hiſ. tract. 1. in princ.* eſt, videlicet rationalis, & poſitiua: de ſecunda concedunt aduerſarij quòd ſit practica, non autem de prima, quod multis aliis in ſcientiis concedi etiam poteſt. Per hęc, & multa alia, quę breuitatis gratia miſsa fiunt, reſolutè concludi habet, logicam ſcientiam eſse ſimpliciter ſpeculatiuam, cui ſententię innumeri ferè clariſsimi viri, facilè qui videri poſsunt, intrepidè ſe ſubſcribunt.

Quantum ad poſtremum; primo not. eſt inde quęſtionem ortum ducere; quoniam dialectica multas habet partes, quę inter ſe videntur eſſe diuerſę. Secundò; quod eſt cauſa diſtinctionis, eſt etiam cauſa vnitatis; vnde termini alicuius agri ſicut illum ſaparant ab aliis, ita eius vnitatis cauſa exiſtunt. Tertiò; vnum, vt ad rem pertinet, tribus dicitur modis, videlicet vnum numero, vnum ſpecie, & vnum genere. Vnum numero ea ſunt, quorum vna eſt materia, iiſdem inſignita dimenſionibus, & qualitatibus: quod actu intelligendum eſt, & non ſolum de materia ex qua; ſimul cum forma quę vnum ens, & per ſe conſtituit; verum etiam de materia in qua ſimul cum forma vnum ens per accidens conſtituens; quod aſſeritur propter accidentia eiuſdem ſpeciei; vt duę albedines, quę diſtinctionē non ſortiuntur, niſi per ſubiectum proximum in quo. Vnū ſpecie ea eſſe dicuntur, quorum eſt vna ratio, .i. vna definitio; nihil enim propriè definitur, niſi ſpecies; cum omnis definitio ex genere ac differentia conſtet, quę ſunt principia conſtituentia ſpeciei: & ſi genus aliquod definitur, vt alterius generis eſt ſpecies definitur. Hoc modo plures indiuidui homines ſunt vnus homo; cum vna

5. met. t. 7.

Ariſt. in antepredi. diu. 2.

2. poſt. t. 22.

6. top. cap. 6. 7. met. t. 13. & 42.

ſit omnium definitio. Illa ſunt vnum ge-
nere, quę ſub eodem genere continentur;
vt homo, equus, &c. Verum aliqua eſſe
vnum genere duobus contingit modis;
ideſt genere propinquo; vt iam adeſt exẽ-
plum: vel genere remoto ſolùm; vt ſunt
duę ſpecies trianguli, videlicet iſocheles,
& ęquilaterus: non enim ſunt vnus trian-
gulus; quoniam diſtinguuntur per diffe-
rentias, quibus triangulus diuiditur; &
idem, vel vnum dicitur, à quò aliquod
differentia non ſe iungitur. Sunt vtiq;
vna figura, quę genus dicitur remotum;
quoniam non ſeiungũtur per differentias,
quibus figura diuiditur, videlicet aut enim
eſt triangularis, vel quadrata, ſeu circula-
ris: ſub prima omnes, vnitate generis, triã-
gulares continentur: conſule Ariſt. 5. met.
t. 10. & 1. poſt. Quarto; quæſtio non excitatur
t. 14. de vnitate numerica; quoniam illa eſt ac-
cidentaria, accidit enim ſcientię, quòd in
hoc, vel in illo ſciente reperiatur: & in di-
ſciplinis illud quęrimus, quod eſt per ſe,
& formale. Neq; de vnitate generica, cũ
ea non ſit vnitas formalis ſimpliciter; mul
ta enim in generibus latent: excitatur, igi-
tur, de vnitate formali ſpecifica. Verum
ſcilicet logica ſit vna ſpecies philoſophiæ
ſpecialiſsima, aliis à philoſophiæ partibus
ſpecie

ſpecie diſtincta, vel potius diuiſa ſit plures in ſpecies, vt mathematica. His iam pręmiſis, hęc ponitur cōcluſio. Logica vna eſt ſciētia vnitate ſpecifica, diſtincta à quauis alia ſpeciali ſcientia. Prob. illa vna dicitur ſcientia, quę de vno ſubiecto eſt ſub vna ratione formali. At logica ita ſe habet; vna igitur, eſt ſcientia. Minor prob. logica enim agit de ſyllogiſmo, vt ſic, nulli quod alteri ſcientię conuenit: logica, igitur, vna ſcientia eſt ab aliis diſtincta. U. vnum ſpecie; vt dictum eſt; illa ſunt, in vna quę definitionē conueniunt: huiuſmodi ſunt omnes logicæ partes; in eadem.n. definitione conueniunt; cum de qualibet verum ſit aſſerere, quòd ſcientia ſit diſſerendi: omnes, igitur, ſunt vna ſpecie logica. Oppo. primò; logica diuerſas habet partes; ergo non eſt vna ſciẽtia. Sol. Quāuis dialectica diuerſas habeat partes; omnes, tamen, verſantur circa idem obiectum toti enti commune ſub eadem ratione formali, ideſt circa ſyllogimum, vt ſyllogiſmus eſt: ac, preterea, omnes conueniunt in vnam diffinitionem, vt eſt iam dictum. Secundò; logica eſt vna numero; non igitur ſpecie. Prob. antec. quoniam eſt vna qualitas numero, inherens in intellectu: quare vnus numero habitus, vnaq; *2. Elench. in fin.*

dialectica. Conſequentia tenet à ſuperiori determinato ad ſuum inferius eſſentiale vti hęc; homo eſt vna ſubſtantia numero, igitur vnum animal numero. Sol. dialectica vna eſt qualitas numero vnitate traſcendenti; non autem prędicamentali, quę propriè facit vnum numero diſtinctum cōtra vnum genere, & vnum ſpecie. Quòd ſit vna traſcendenti vnitate eo fit; quoniam eſt entitas quędam: quòd autem non ſit vna vnitate prędicamentali; inde oritur, quoniam de ſe non eſt in tali, vel tali ſubiecto; à quò ſcientia numericam habet vnitatem. Quamuis autem logica nō poſſit eſſe, niſi in hoc, vel illo intellectu; nō eſt tamen hoc de intrinſeca eius ratione, nec ad eius requiritur eſſentiam; verum ad actualem ſolummodo exiſtentiam. Liberè conceditur propterea dialecticam eo modo eſſe vnam, quomodo eſt vna numero qualitas, ideſt vnitate traſcendenti, cum qua poſsunt eſſe vnitas generica, & ſpecifica: vnde ſicut animal eſt vna numero natura, vnitate traſcendenti, vnumq; genus nihilominus: & homo vna ſpecies; pari conditione dialectica; quamuis vna ſit numero vnitate traſcendenti, eſt vna tamen ſpecies. Not. ob iam dicta, quòd aliquod poteſt dici vnum numero duobus modis.

Sonci. 5. met. q. 12.

Altero

Altero modo traſcēdenti vnitate; vti quę-
uis entitas eſt vna numero, quamuis ſit ex-
tra materiam, ideſt natura immaterialis,
aut de ſe; vt ſubſtantiæ ſunt ſeparatę: aut *Auer. 5.*
per intellectus operationem abſtracta; vt *met.cō.74.*
natura humana communis, & alia quęcū-
què. Altero vero modo dicitur aliquod
vnum numero vnitate predicamentali, quę
principium eſt numeri, ad quantitatiſq;
pertinet predicamentum: & dicitur vnum *10. met.*
numero, quoniam ſimul cum aliis nume- *t. 4.*
rum conſtituere poteſt; quo pacto propriè
dicuntur eſse vnum numero eandem quæ
habent materiam iiſdem ſub accidentibus
vt dictum eſt. Oppo. ſecundò; diſtinctio
actuum indicat habituum diſtinctionem.
At in logica diuerſas circa concluſiones
plures actus reperiuntur, ſeu plures actua-
les aſsenſus ſpecie diſtincti; igitur plures
habitus eodem modo ſeiuncti; vnde ſequi-
tur ipſam vnam non eſse ſcientiam. Prob.
minor; actus.n. quo ſortes vniuerſale pręci-
ſè cognoſcit, ſpecie differt ab actu, per quē
Amadeus pręciſè noſcit ſyllogiſmum de-
